

F R A N C I
S C I H O T O M A
N I I V R I S C O N S V L T I O B =
seruationum liber



 primus.
 H & 6.



Τῇς ἐπιμέλειας δὲ λα τῷ το γίνεται.

BASILEAE, APVD NICOLA
um Episcopium Iuniorem,
M. D. LX.



AMPLISSI MO ET SPECTA TISSIMO VIRO, VLRCO *Mordisen Jurisconsulto clarissimo, Illu- striß. Electoris Augusti consiliario prudentissimo, Franciscus Ho- tomanus S. D.*



PERABAM, VIR
amplissime, cum su-
periorib. diebus me-
os in Institutiones
Commentarios Illu-
strissimo electori Au-
gusto mitterem, fore ut illi primum
hunc Observationum mearum li-
bellū comitem sibi haberent: quem
Amplitudini tuæ inscribere, ac dica-
re constitucram. Cupiebam enī a-
nimū ac studium meum non tan-
tum



0k, 6. 1., 3325/₁



P R A E F A T I O.

tum erga Principem potentissimum
atque optimum illa inscriptione ac
præfatiōe mea testari, uerum etiam
erga te: quem & Electoris Mauri-
cij fortissimi Ducis, Nestorem fui-
se: & huius illustrissimi ac sapientissimi
Principis fratrī sui summum
consiliarium esse intellexeram. Ve-
rūm hoc consilium meum typogra-
phi occupationes propter nundina-
rum interuentum , impediuerunt:
qui nunc operam egregiam in hoc
meo munusculo quod Amplitudi-
ni tuæ paraui, exornando adhibuit.
Itaq; quod antea facere non potui,
nunc tandem significationem hanc
meæ erga te obseruantæ tibi mit-
to: uarias quasdam meas disputa-
tiones nonnullis de rebus, partim
ad Iuris ciuilis, partim ad Antiquita-
tum Romanarū cognitionem per-

PRAEFATIO.

tinentibus. Cum enim utroque in
hoc studio floreas, & tantum tibi
bonæ artes dignitatis ac splendoris
in hac nostra Germania pepere-
rint, quantum, ut opinor, adhuc
nemini: spero te quæ est tua huma-
nitas, hæc miscellanea scripta qui-
bus uti literati uiri sæpen numero co-
guntur, non neglecturum. Nam et-
si indigna esse certo scio, quæ ab e-
ruditis tuis oculis legantur: tamen
hos literatorum hominum in bo-
nis artibus excolendis studiosos co-
natus Amplitudini tuæ placere au-
dio: & ut hi nostri non dispiceant,
fore confido. quod si accidat, & a-
nimum mihi ad reliquas Observa-
tiones conscribendas abs te datum
interpretabor: & gratiam meis la-
boribus quos tantus uir non im-
probarit, optimè relatam existima-
bo.

PRAEFATIO.

bo. Vale uir amplissime & spes
etatissime. Deus amplitudinem
tuam nobis in columem quamdiu
tissimè conseruet. Argento-
rati decimo Calend. Jun.

1560.

H V I V S : O P V S C V L I C A -
pitum Index.

D isputatio pro edi-	dicata	24
cōto C. Verris, in-	Interpretatio §. Agerius,	
quo Fecit Fecerit, ad-	l. qui Rom. ff. de uerb.	
scripserat: cōtra repre-	oblig.	28
bensionem Ciceronis,	causse Quintianae consti-	
Verrina III fol. I	tutio ex Cicerōis Ora-	
Similis disputatio pro al-	tione prima	38
tero eiusdem Verris e-	Contrarias esse Iuris cōsul-	
dicto de bonorum pos-	torum sentētias de pro-	
sessionib. aduersus Cice-	prietate arboris, que	
ronis accusationem 7	in uicini fundum radि-	
Negationē in l. 1. ff. de reb.	ces egerit	48
dub. tollendā esse	De more tabulas dandā	
Negationem deesse in l.	Iudicibus, & iudicatus	
cum debitor. 8 . ff. In	Acronis atq; Porphy-	
quib. caus. pig.	riōis magnus error in	
Loci aliquot in Verrina	Ciceroniani loci inter-	
III emendati	pretatione	46
Indicatur mendum in O-	Emendatur lex. 3. ff. de gra-	
rat. Verrina III quo	dibus & locus Instit.	
locus praeclarissimus	Si quadrup.	50
cōtaminatus fuerat 19	De lege Acilia repetunda	
Aliquot menda eodem in	rum & obscuro loco	
loco Verrina tertiae in	Verrinae tertiae	52
	Emendan	

INDEX.

- E**mendatur lex I X. ff. de
 li. & posth. & l. 2. ff.
 ad S. C. Velleian. 56.
De ludorum diebus & dif-
 ficillimus Verrine secū-
 dæ locus explicatus 59
Emendata lex XII. ff. de
 suis & legit. hered. 51
Genus dicendi antiquū au-
 thoritate Ciceronis qua-
 tuor ex locis compro-
 batum 63
Unsignis locus Ciceronis in
 Oratione pro Qu. Ro-
 scio declaratus 65
Corruptam esse legē pri-
 mam. ff. de dolo malo,
 ubi dolii mali definitio
 à Seruio tradita, re-
 prehenditur 67
Particula Non, duob. Pan-
 declaratum in locis resti-
 tuta 75
Locus ex Ciceronis Topicis
 explicatus 77
Alter ex ijsdem Topicis lo-

CAP.

- | | |
|---|------|
| cus | 91 |
| Alter locus ex eodem Topicorum libro explicatus | 84 |
| Declaratum alterū exemplū plū argumenti ex causis efficientibus ducti | 88 |
| De loco ex comparatione | 91 |
| De exemplo eius argumentationis quæ artis est expers | 93 |
| Emendata lex periculi, quā modo Florentiae impressa est | 95 |
| Indicatum uolumen in principio libri primi de Oratore, quod sententia pulcherrimam turpiter usq; adhuc obscenauit | 99 |
| Discendi corruptè pro Dicendi tribus in locis apud Ciceronem scriptum esse | 100 |
| | Alia |

INDEX CAPITVM.

Alia duo menda ex eodem libro de Oratore pri- mo sublata	103	ronem intelligenda sit 114
Causæ Rabirianæ, de per duellionis crimine, cō- stitutio: ex Oratione Ciceronis pro C. Rabi- rio	105	Indicata aliquot menda quæ ex uicinarum uo- cum similitudine nata erant
An patre absente vindicie filie fam. secundum li- bertatem dari possint: et ea de re Liuij locus insigniter explicatus	108	Indicati loci aliquot in li- bro de Orat. I. & Mu- ræiana: in quibus uer- sus non pauci deside- rantur, in hac etiam a=
		liquot menda sublata 120
Emendata l. sexta. ff. quem ad seruit. amit.	110	Aliquot alia peccata libra- riorum ex eadem O- rat. pro L. Muræina su- blata
Videri particulam Non, duobus in locis Pande- tarum temere præ- termissam esse	112	122
Et tanti, locutio antiqua quomodo apud Cice-		Disputatur de scriptura trium locorum incer- ta: uno ex Quintiana, altero ex Sextiana, ter- tio ex Verr. 7. 124

F I N I S.

F R A N C I
S C I H O T O M A
N I I V R I S C O N S V L T I
Obseruationum liber
primus.

*Disputatio pro edicto C. Verris, in quo
FECIT FECE RIT, adscri-
pserat: contra reprehensionem Ci-
ceronis, Verrina III. Ca-
put I.*



. A N N I V S C V M
haberet unicā filiam,
neq; census esset, eam
bonis suis hæredem in-
st̄tuit. Verres Prætor
cūm in edicto præfa-
tus esset, se intelligere legem Voconiam
(qua cautum erat, ne qui census esset,
mulierem hæredem institueret: & quæ
centum fere ante annis lata fuerat)ma-
xime salutarem esse Re publicæ: adscri-
pſit,

psit, si quis siue census, siue non census, ab eo tempore quo lata lex fuerat, (nimirum ab A. Posthumio Q. Fulvio Cesaribus) postue ea, mulierem heredem fecit, fecerit, ei mulieri se neq; petitione, neq; possessionem hereditatis daturum. Tullius autem multis uerbis hoc edictū accusat: propter uocem F E C I T. quasi Verres contra legum omnium æquitatem, & rationem, & consuetudinē præteritum tempus reprehenderet: cum satiis constet, in omnibus legibus quæ de Iure ciuili latæ sunt, hoc statui ius, quo post eam legem populus utatur. Debuisse igitur Verrem hoc modo edictum componere: Ne quis post hoc tempus mulierem, néue uirginem heredem faciat. Sed uideamus ne hac uti defensione Verres potuisset. Licuisse scilicet sibi arbitratu suo edicere de ijs reb. omnibus, quarum controuersia anno suo nascetur: ac proinde etiam de hereditatibus, quarum petitio possessiōne à se Prætore peteretur. At oportuisse illas hereditates in testamentis ante suam Præturam factis relictas esse. Neq; enim populi Rœmans

manimos erat, ut patres fam. tum demū testamenta scriberent, cum animam age rent: quē madmodum nostris temporib⁹ fieri consuevit: sed ualentes & incolumes lōgē antē sibi suisq; liberis ac necessarijs prospiciebāt, quemadmodum uel ex eo intelligi potest, quod per aēs & libram testamenta fieri solebant. quod cūm ita sit, uerbo præteriti temporis ut eum oportuit: & de testamentis antē factis loqui, ut de uenturis hereditatibus ediceret. Nam si tantummodo F E C E R I T adscripsisset, & de ijs tantum testamentis, quæ post suum edictum, id est se Prætore fierent, cauisisset, uel in contrarium uitium incurrisset, & in ea tempora progressus fuisset edicto, quo Prætores alij futuri erant: uel de admodum paucis ac potius nullis hereditatibus edixisset: quia moribundi (ut antea diximus) testamenta non scribebant. Iam uero quod ibidem Cicero multis uerbis criminatur Verrem, isto suo edicto superiora testamenta omnia rescidisse; id cuiusmodi sit, uel ex eo intelligi potest, quod ne illud quidem ipsum testamen-

tum de quo agebatur, rescidit. Non est, inquam, Ante uirginis institutio resciſſa & irrita esse iusta. nam si resciſſa fuſſet, nihil ex eo testamento ratum fuſſet: quippe cum omnes testamenti par-
tes ex hæreditis institutione pendeant l.
quod per manus 10. ff. de iur. codicill. &
alibi persæpe. At substitutionem ei uir-
gini factam ualere, & à Prætore Verre
conseruari uidemus. ut facile cuius ap-
pareat, non de præterito tempore cauſie
Verrem, sed de rebus quæ anno suo
contingent, pro lute Prætorio edixiſ-
ſe. Licuisse autem Prætoribus etiam con-
tra Iuris ciuilis rationem arbitratu suo e-
dicere, nemo qui disciplinam nostrā uel
prīmoribus labris degustarit, ignorat.
Rectè igitur Verres: Q V I AB A.

P O S T V M I O Q. F V L V I O
C E N S O R I B V S P O S T ' V E E A,
M V L I E R E M H E R E D E M F E-
C I T F E C E R I T. Tempus autem
longè, ab annis prope centum, repetit:
nimirum illud ipsum quo lata lex Voco
nia fuerat: quæ quia de ciuiū parte dun-
taxat cauerat, id est de solis cēſis, Prætor
pro

pro suo iure illam se in omnibus ciuibus obseruaturum edixit . Adscripsit autem POST'VE EA, propter ambiguitatem uocis AB: quæ non illud tempus significat quod putant ī qui meos Commentarios arrodunt: qui ut spero , nunquam ita mihi stomachum mouebūt, ut eos responsione ulla digner . existimant enim id significari quo illi Censuram gesserūt: quod si uerum esset, & Voconius ea testamenta reprehenderet quæ illis Censoribus facta erant, in idem uitium incurrit: quod Cicero Verri obiecit. Taliſſe autem eam legem Voconium illis Censorib. id est Cœpione & Philippo Coss. anno D L X X X I I I : nos & in Verrinorum commentarijs, annos ferè ab hinc septem, & in libello de Legibus annos ab hinc tres ex libro Ciceronis de Senectute docuimus. Quare tempus illud significatur , quod Posthumij & Fuluij Censuram secutum est: hoc est cum insequentes Censores, C. Claudius, & T. Sempronius magistratum adepti sunt. ut AB dictum sit pro P O S T : sicuti cum dicimus Ab urbe condita. Verum hæc

quidem ita se habent. Dissimilis autem alterius edicti ratio est, de quo nec ita multo post Cicero loquitur: ubi de C. Sulpitij liberti hereditate cōmemorat. Edixerat enim Verres, si quis libertus alienum heredem instituisset, neq; quicquam patroni sui liberis reliquisset, se ijs sextam hereditatis partem condonaturum. Sulpitius autem longe ante Prætorem Verrem erat mortuus: eiusq; heres adierat, & possederat hereditatem. Quare cum Verres Prætor decerneret, ut sextans eius hereditatis Patroni filiæ redde retur, meritò dicebatur uelle suum edictum in præteritum tempus ualere: adita enim & quæsita iam erat hereditas. quod si eo Prætore tantum obuenisset, neq; tabulæ testamenti antè aperte fuissent, nimirū ius illi fuisset ex edicto suo decernere. At Cicero longe alijs quam hoc in loco uerbis utitur: Docebat, inquit, edictum eius non oportere ad eas hereditates ualere, quæ ante eum Prætorem uenissent. Item, Rem dcmonstrat: quam pridem sibi hereditas uenisset, docet. Quib. uerbis si uti Cicero in Anniana

ana caussa potuisset , usus sine dubio
fuisse.

*Similis disputatio pro altero eiusdem Ver-
ris edicto de honorū possessionibus:
aduersus Ciceronis accusatio-
nem. Caput II.*

Neadem oratione Cicero al-
terum Verris edictum de bo-
norum possessionibus accu-
sat: in quo ait, illum denunci-
asse, se bonorum possessionem secun-
dum tabulas ei daturum, qui testamenti
quidem tabulas non proferret, sed dice-
ret & testamentum esse factum, & se in
illo heredem institutum. Quod simplici-
ter & absolute uerum fuisse, nemo, ut o-
pinor, existimabit: colorem enim tantæ
improbitati aliquem additum oportu-
it: ne uel edictum à populo proscinde-
retur, uel edictator ipse lapidibus in fo-
ro ac tribunali obrueretur. Quod si quis
est, qui illis Oratoris uerbis credendum
putet, ei ego non Verrem improbitatis
accusandum, sed populum Romanum
ignauix condemnandum, & illa imma-

nitate dignum fuisse, respondebo. quod
tamen uel propter Tribunorum pleb.a-
liorumq; Prætorū intercessionem, nun-
quam in animum inducam fieri potuis-
se. Quid ergo est? Edixerat scilicet, se bo-
norum possessionem secundū testamen-
ti tabulas ei daturum, qui tametsi eas nō
proferret, tamen & eas extitisse, & se he-
redem in illis scriptum fuisse, testibus pla-
num faceret. quod si iniquum est, una e-
ciam iniquitatis totum ius ciuile nostrū
damnetur: cuius sententiam Vlpianus
in l. i. ff. de bon. poss. sec. tab. his profie-
tur uerbis: Sufficit, inquit, extare tabu-
las, et si non proferantur: si certum sit eas
extare. igitur et si apud furem sint, uel a-
pud eum apud quem depositæ sunt, du-
bitari non oportet, admitti posse bono-
rum possessionem. nec enim opus est a-
perire eas, ut bonorum possessio secun-
dum tabulas agnoscatur. semel autem
extitisse tabulas mortuo testatore des-
ideratur: tamen si extare desierint. quare
et si poste interciderunt, bonorum pos-
sessio peti poterit. Hæc cum ita sint, ver-
ba Ciceronis nunc consideremus, ut ue-

transēcne illa sententia sit, intelligatur.
 Profert igitur hoc initium, quod usitat^{ur}
 & translatitium esse ait, nec improbat:
D E H E R E D I T A T E A M B I G I-
T V R , E T T A B V L A E T E S T A =
M E N T I O B S I G N A T A E N O N
M I N V S M V L T I S S I G N I S ,
Q V A M E' L E G E O P O R T E A T ,
A D M E P R O F E R E N T V R : S E -
C V N D V M T A B V L A S T E S T A -
M E N T I P O T I S S I M V M H E R E -
D I T A T E M D A B O . H o c t r a n s l a t i t i -
 un est, inquit Cicero: sequi illud oportet, si TABVLAE TESTAMENTI NON PROFERENTVR: quid ait? se ei daturum qui se dicat heredem esse. Sed cur uerba ipsa Cicero non profert? ponamus enim hoc illum addidisse, T V M S I Q V I S F A C T A S I L -
 L A S F V I S S E , E T I I S S E
 H E R E D E M I N S T I T U T V M P L A -
 N V M F E C E R I T , S E C V N D V M
 E V M P O S S E S S I O N E M D A B O .
 nemo, ut opinor, illum improbitatis accuset. Sententiam autem illius partis hanc fuisse, ipse paulo ante his aperte ostendit

a 5 uerbis:

uerbis: Si quis testamento se heredē es-
se arbitraretur, quod tum non extaret, le-
ge ageret in hereditatem: id est, petitio-
nem hereditatis aduersus possessoreū in-
tenderet, & spōsione illum prouocaret,

NI SVA ESSET HEREDITAS.

At enim illa superior particula iniqua
est, ubi edicit, Si de hereditate ambige-
tur, eum qui possessor erit, sponsonem
non facturum. nam (ut ait Cicero) quid
ad Prætorem, uter possessor sit? Nōnne
id queri apud illum oportet, utrum pos-
sessorē esse oporteat? Ergo, inquit, ni-
hil aliud edicto amplectitur, nisi eam
caussam, propter quam pecuniam acce-
perat. Quibus uerbis significat, Corru-
ptorem Verris, non gentilem Minutij
defuncti fuisse, sed tamen hereditatem
eius possedisse: uel potius tenuisse, & (ut
Asconius loquitur) ei incubasse. Itaque
gratificari ei Verrem in edicto scriben-
do uoluisse, & ius suum ad illius caussam
accommodasse. Sed uideamus, ne hoc
quoq; non magna reprehensione dignū
sit. Primum, quia certum est, potiorem
esse caussam & conditionē eius qui pos-
sideret,

sidet, quām eius qui petit: neq; ius esse,
 ut is qui possidet, sponsione alterū pro-
 uocet, sed potius ut ipse ab altero pro-
 uocetur. Deinde quod Cicero de posses-
 sione disputat, accusatoriè loquitur, cū
 satis constet POSSIDERE uerbum ī pri-
 propriè PRO TENERE ET HABE-
 RE plerunque usurpari. Postremò quod
 eum à facienda spōsione liberat, non eò
 pertinet, ut eam legitimi heredes facere
 cogantur: quod sine dubio iniuissimū
 improbissimumq; fuisset: sed ut sine Re-
 cuperatoriū iudicij cūctatione, res apud
 Prætorem expediatur: cum is qui se se he-
 redem institutum contendit, testibus id
 planum facit, & secundum testamēti ta-
 bulas possessionem postulat. Atq; hæc
 quidem hactenus: ex quibus primū ex-
 plicatum illum alterum in eandem sen-
 tentiam locum uolumus, qui in Verrina
 quinta his scriptus est uerbis: Scio te edi-
 cta superiorum omnium correxisse, &
 possessiones hereditatum non secūdum
 eos qui proferrent, sed secūdum eos qui
 dicerent, testamentum factum, dedisse:
 easq; res nouas abs te prolatas, & inuē-
 tas

tas magno tibi quæstui fuisse. Deinde considerādum putamus, an pro illis uerbis, POTISSIMVM HEREDITATÆ TEM DABO: legendum sit POSSES SIONEM HEREDITATIS DABO. quemadmodum aliquanto post ubi de A. Trebonio Cicero commemo-rans ita scribit: Itaq; ei Verteres posselli-onem hereditatis negat se daturum. Neq; enim quisquam ignorat, Prætorem neq; heredes facere, neque hereditates dare: quod etiam Iustinianus scribit. Et potu-
it error manare ex notarū ignoratione: cùm sic fortasse scriptum esset, POSS. HEREDIT. Qua tamen de re doctio-rum hominum iudicium expecto.

*Negationem in l.i.ff. de reb.dub.
tollendam esse. Ca-
put. III.*



V N Q V A M aspexi Papini-a-ni responsum in l.i. ff. de reb. cred. in fine, ubi N O N ma-gna pecunia scriptū est: quin continuò iudicare, negationem tollen-dam esse. nuper tamen cùm cognoscere uellem,

uellem, num quidnam optimus Accur-
tiūs ea de re scripsisset: anīmaduerti eum
testari, non nullis in libris eam deesse, sed
id mēdosum esse: retinendamq; nega-
tionem: quam in Pandectis quoq; quā
Florentinis conseruatam esse, uidemus.
Quare experiendum est ecquid eius re-
sponsi explicatio afferre lucis possit. ne-
que enim fere quisquam sub disiunctio-
ne duas res legat, quarum pretium im-
modicē inter se differat: necq; satis sanus
uidebitur is, qui in suo testamēto sic scri-
pserit Fundūm Mæuiānum quadragin-
ta milliū, aut Seianū duūm milliū
Sēprōnio do, lego. Ob eam enim causā
disiunctiones insti: utae sunt, ut optioni
locus sit. At optio in eiusmodi disiuncti-
one, hominis quidem qui in sua pote-
state sit, nulla est. Quare cūm tam immē-
sa pecunia Mæuiānae possessionis ratio-
nes superent Seianā, nō dubiū est, ea om-
nia que nō propria fundū Mæuiāni erūt,
ad electionē nullo modo pertinere. quia
cū particula A V T adiecta sit, electionē
manere oportet: cuius uis in legatis à lu-
stiniāno integra relicta est, l. pe. C. de uer-
botum signif.

Nega-

Negationem deesse in L. cum debitor 8. ff. In quib. caus. pig.

Caput IIII.



P V D Paulum in l. 8. ff. In quib. caus. pig. ubi sic scriptum est: Cū debitor gratuita pecunia utetur, potest creditor de fructibus rei sibi pigneratę ad modum legitimum usuras retinere: negatio deesse uidetur. primum, quia constat gratuitā pecuniam eam dici, qua conuentum est, ut debitor gratis ac sine usura uteretur. Itaque innumeris in locis Pandectarū uerbum hoc à Iurisconsultis usurpatum. quod si ita est, facile intelligitur eum, qui suam pecuniam eo pacto credidit, ut debitor ea gratis uteretur: fructus pignoris usuræ & ἀρτιχεοτεως nomine retinere non posse. Deinde nemo noscit ex l. 4. & l. pignoribus, 22. C. de usur. tum demum fructum pignoris retineri pro usura posse, cum id nominatum pactum est. Athoc casu nullum eiusmodi interpositum esse pactum, Latina oratio qua Paulus utitur, eius quidem lingue peritis, & in eius consuetudine

consuetudine exercitatis ostendit; Irne-
rio uero cui optimus Accurtius scribit
uideri absurdum Pauli respōsum, nisi id
subaudiatur: non ostendit. nam si subau-
ditiones istiusmodi admittamus, quibus
uulgo in apertissimis antinomijs conci-
liandis, interpretes nostri utuntur: ueris-
simē id dicere in Latinis libris licebit,
quod poëta scripsit: Nil intra est oleam,
nil extra, est in nuce duri. Quare uel
N O N P O T E S T, uel potius N O N
G R A T V I T A, scribi apud Paulum opor-
tere, tandem existimabo, dum eruditior
aliquis meliorem eius legis explicatio-
nem nobis afferat, neque ab huius tra-
ctatus titulo hanc legem alienam esse,
ex eo demonstratur: quia si creditor nō
gratuita sed mercenaria pecunia utatur,
quamvis nihil nominatim de fructuum
retentione cōuenerit, tacitē tamen
eam permīssam esse in-
telligitur.

Loci

*Loci aliquot in Verrina III emen-
dati. Caput V.*

VERBA hæc in Prætura Ur-
bana, si is intesta-
to mortuus es-
set, quæ legimus eo loco,
in quo Cicero edictum Verris de bono-
rum possessionib. reprehēdit, iam pridē
dixi tollenda esse, & ex glossa sumpta
de libro Asconij in contextum irrep-
se. Sed postea cognoui meam sententiā
nōnullis eruditis uiris displicere, qui-
bus iamdiu respondissem, si liber iterum
editus fuisset. nunc ne uidear diu in uno
silentio caussæ cedere, statui hoc loco
breuiter illam meam, illam coniecturam
confirmare. Ac primum omniū hoc affe-
ro, quod cuiuis Latinæ linguae non pror-
sus imperito me probaturum confido:
pronomen is, quò referatur non habe-
re: quia neq; de testatore, neq; de ullo pa-
trefam. antea Cicero locutus est. Postea-
quam ius Prætorium cōstitutum est, in-
quit, semper hoc iure usi sumus, si tabule
testamentinon proferrent, tum uti pro-
ximum

ximum quēq; potissimum heredem esse oporteret, si is intestato mortuus esset, ita secundū eum possessio daretur. Nam ad PRO X I M V M uel ad HER E D E M referri nō potest. Asconius autem æquè in illa glossa illud prēcisē usurpauit, ut in insequenti: ubi sic scribit, "Quasi ab intestato agnati eius succederent. nam E-
I V S non ad scriptum retulit, sed ad men-
tem & cogitationem lectoris. Præterea si uerba illa Cicero posuisset, significas-
set edictum Verris ad eas honorū pos-
sessiones pertinuisse, quæ ex caussa int-
stati sic dantur, ut reuera defunctum in-
testato deceſſisse conſtet. At posterius
intelligitur eam cauſſam ſecutū eſſe Ver-
rem, in qua quidem testamentum eſſe di-
ceretur, ſed cuius tabulæ tum non exta-
rent. ſic enim ſcripsit, SI DE HER E
D I T A T E A M B I G I T V R , ET
P O S S E S S O R S P O N S I O N E M
N O N F A C I E T . Nam ſi de ſponsione
queritur, neceſſe eſt aduersariū eſſe, qui
hereditatis petitionem intendat: id eſt,
qui ſe ſcriptum heredem eſſe conten-
dat. Neque uero illud omittendum eſt,

b

quod



quod omnes ad unum libri Asconij
tum impressi, tum manuscripti, constan-
ter inter se consentiunt, & uerba illa pro
interpretatioē scripta, & à Ciceronis uer-
bis distincta ac notata habent: tametsi
v T pro E T legendum esse, nemo, ut o-
pinor, negabit. Quod cum ita sit, ridicu-
lum esset putare, Asconium id pro glos-
sa posuisse, quod ipse auctor adscrip-
rat. nam si quis diceret mendosos esse o-
mnes libros Asconij, & tres illos uersus
continenter & uno tenore legendos es-
se, primum id sibi arrogaret, quod alijs
concedi non uult, & pro ueris sumeret
ea, quæ quiuis in cōtrouersiam uocabit.
Deinde refelleretur similitudine aliorū
locorum omnium, quos ex illa tota ora-
tione Asconius ita profert, ut nunquam
similiter multa uerba continuet. Præte-
rea ridicula esset illa interpretatio Asco-
nij. Quasi ab intestato agnati eius succe-
derent, quamuis dicereur testamentum
fecisse, si tamen tabulae non proferren-
tur: qu: & obscurius & temere id incul-
caret, quod ab ipso auctoře dictum fue-
rat. Quod aut̄ auctoriis nobis obijicitur
edicti

edicti Perpetui, quod Julianus p̄tulit in
 l. i. ff. unde legit, nihil ad hūc locū id per-
 tinet. primū quia cōstat sentētia: SI DE
 HEREDITATE ALICVIUS AMBI-
 GETVR, TVM QVEM EI ESSE
 HEREDEM OPORTERET SI IN
 TESTATVS MORTVVS ESSET,
 SECUNDVM EVM POSSESSI-
 ONEM DABO. nostra uero abrupta &
 præcisa est. deinde q̄a hoc Prætoris edi-
 ctū ad eas honorū possēsiōes pertinet,
 que ab intestato dantur. Vnde legitimā
 possessionē in illo esse genere nemo ne-
 scit: at Verres eam cauſsam cōplexus est,
 quæ ad hanc quidē possessionē pertine-
 bat: sed tamen in qua factū esse testamen-
 tū, sed in præsentia nō extare dicebatur.

Indicatur mendum in Oratione Verrina

*III, quo locus præclarissimus cōtami-
 natus fuerat. Cap. VI.*

 O C V S est in Oratione Ver-
 rina tertia per insignis, sed
 qui propter peccatum libra-
 rijs obscuritatem summam ha-
 bere existimatur. Verba Ciceronis hæc
 b 2 sunt:

sunt: Si quis testamento se heredem esse arbitraretur, quod tum non extaret, lege ageret in hereditatem, aut p̄ præde litis uindiciarum, cum satis accepisset, sponsi onem ficeret: ita de hereditate certaret. Principio constat: Lege agere in hereditatem, nihil aliud esse, quam hereditatis petitionem (ut Iurisconsulti loquuntur) intendere. quod ex his locis confirmabimus. Plin. lib. v i i. L. Papiriūs Prætor, secundo herede lege agente, bonorum possessionem contra eum dedit. Valerius Maximus lib. v i i: Et Piso, inquit, prefectus urbis, Terentio patri exhereditato, bonorū defuncti filij possessionē dedit, heredesq; lege agere passus nō est. Secūdo loco illud scire oportet, quod Vlpianus tradit in l. regulariter, 9, ff. de hereditate. Eum demum hereditatis petitione teneri, qui uel ius pro herede, uel pro possessore possidet, uel rem hereditariā, licet minimam. itaq; (inquit Caius) qui ex aſſe uel ex parte heres est, intēdit quidem hereditatem suā esse totam, uel pro parte, sed hoc tantum ei officio iudicis restituitur, quod aduersarius possidet.

Postremo

Postremo notandum illud est, quod Paulus lib. sent. i, Cap. ii. scribit: Quoties hereditas petitur, satisdatio iure desideratur. Et si satisdatio non detur, in petitorē hereditas transfertur: si petitor satisdare noluerit: penes possessorem possessio remanet: in pari em causa, potior est possessor. Ex quibus omnibus, perspicuum esse arbitror, eum qui lege in hereditatē agit, dici recte posse, tum hereditatis petitionem, tum litem uindiciarum intendere: neq; petitionem hereditatis aliud quidquam esse, quam uindicationem: tametsi aliud sit rei, aliud hereditatis uindicationis: cum illa singularū, hæc uniuersarū rerum petitio sit: uti docet Ulpianus in l. i. ff. de rei uindic. Secundo perspicuum est, eum aduersus quē actio ista, hoc est legis actio in hereditatē, siue petitio hereditatis, siue lis uindiciarum intēditur, satisdare debere: hoc est prædes ac fideiūssores dare, se nihil in possessione pendente iudicio deterius facturum. Iam uero constat inter omnes, eum qui actio ne ista utebatur, sponsonem cum aduero poſſessore facere consueuisse certe

pecunia, aut estimationis, Ni sua esset hereditas, de qua contendebat: quod ab Asconio ita perspicue traditur, & ex antiquorum iudiciorum consuetudine ita notum est, ut admoneri satis sit, probari nihil sit necesse. Quae cum ita se habeant, illud quoque patere arbitror in ea causa, de qua Cicero loquitur, hoc est, cum tabulae testamenti non extant, & possessio proximo data est, eum qui se testamento heredem putat, quod tum non extat, lege in hereditatem aduersus illum possidorem agere debere: siue (ut alii utamur uerbis) uindiciarum litem, hoc est, hereditatis petitionem in eum intendente. Ad hoc porro iudicium exercendum ea duo praestari solita, quae necessaria esse docuimus. primum, ut possessor satisfat, nihil se in possessione deterius factum: deinde ut petitor sponsonem faciat. Ni sua hereditas sit: itaque apud iudicem Recuperatores ue qui de sponsone cognoscunt, de licreditate decertet. Hoc si Cicerone remoto uerum est, locum ita restituendum putarem, ut leui correctione adhibita E T pro A V T legeremus:

Si

Si quis testamento se heredem esse arbitraretur, quod tum non extaret, lege ageret in hereditatem, & pro praede litis vindicarum, cum satis accepisset, sponsionem ficeret: ita de hereditate certaret.

Vt nō tam Asconij auctoritas, quam lysis ciuilis ueritas à nobis spectetur. Praesertim cum satis cōstet, his in locis Ascōnium non semel dormitasse: & omnino uerum illud sit, eum qui se testamēto heredem putat, lege agere in hereditatem non posse, quin & possessor ei satisdet, & ipse à possessore certae pecuniae sponsione prouocetur. Quinetiam vindicarum litem, cum legis actione coniungi, & Cicero & Gellius demonstrant. Ille in lib. de Orat. I. his uerbis: Agerent enim tecum lege Pithagorei omnes, vindicarentq; ornati homines in dicendo. Gellius aut lib. xx, Cap. ix: Ex iure, inquit, manu consertum, uerba sunt ex antiquis actionibus: quæ, cum lege agitur, & vindicatæ contenduntur, dici nunc quoque apud Prætorem solent. Quod autem uir quidam doctissimus ita hunc (ut audio) locum interpretatur, quasi hec uerba Le

ge ageret, ad hereditatis petitionem: reliqua uero, ad rei vindicationem pertinenter: meo iudicio perabsurdum est: cum Paulus apertissime demonstret, satisfactionem in hereditatis petitione requiri: nec aliud sit hereditatis petitio, quam lis vindicarum: nec deniq; minus in hereditatis petitione, quam in rei singularis vindicatione, sponsio fieri soleat.

*Aliquot menda eodem in loco Verrinae
tertiæ indicata. Cap. VII.*



O G O R importunitate & leuitate nonnullorum præiudicium hoc loco facere alteri meorum commentariorum editioni: nam quæ post superiorem editionem obseruaram, & nobilibus quibusdam adolescentibus, quibuscum familiariter de Ciceronis Orationibus cōmunicabam, candidè exposueram, animaduerti postea ad nescio quos inanis gloriae cupidos uel famelicos potius delata esse: quæ iam pro suis edunt. Prima igitur obseruatio hæc fuit. Locum illū ubi Orator ait, Legem Corneliā testamētriam

niam, & nummariam ita scriptam esse, ut non ius aliquod nouum populo constituantur, sed sanciatur, ut quod semper malum facinus fuerit, eius quæstio ad populum pertineat ex certo tempore: locum, inquam, hunc uideri corruptum esse, & pro P O P V L V M legendum esse P R A E T O R E M . Constat enim nullius rei, praeter quam perduellionis, quæstionem relictam populo fuisse: cæterarum enim rerum iudicia olim à Quæsitoribus data opera, & ex tempore creatis, exerceri solita: Lege uero Cornelia perpetuas quæstiones constitutas, id est Praetores creatos, qui per annum integrum de certis criminibus quererent: quemadmodum iam pridem docuimus ex l. 2. ff. de orig. iur. lib. Ciceronis de Finibus. 11, & De clar. orat. quo ipso in libro recte legit Quæstiones perpetuas constitutas, que antea nullæ fuerant. Mendum autem illud natum opinor ex nota ubi cum P. scriptum fuisset, pro , Praetorem , imperitus librarius Populum substituit. Sanxit igitur L. Sylla, ut falsi quæstio ad Praetorem pertineret ex certo tempore: & eo crimine

b s damnati

damnati in posterum poena illa & iudicio tenerentur, quod ipse lege sua constituerat. Syllam autem à populi causa remotissimum fuisse, nemo ignorat. quare uel P R A E T O R E M (ut dixi) eo loco reponendū est, uel particula non adhibenda, ut sit A D P O P V L V M N O N PERTINEAT EX CERTO TEMPORE. Quiemadmodum paulo pōst reponendam eandem esse particulam, que tamen in omnib. impressis deest, ex Prisciani libro X V I I I animaduerti. Vbi locum in sequentem ita citat: De iure uero ciuili, si quis quid instituerit, is non omnia quae ante acta sunt, rata esse patiatur: quod & multo concinnius est. & ad Pædiani interpretationem accommodatus. Quin & paucis pōst uersibus, eandem quoq; retinendam esse multis adolescentibus honestis ex Theophilo Iuris consulto indicaui: ubi Cicero ait, Lege Voconia prospectum fuisse, ne fraus superiori capiti fieret, & constitutum ne quis census plus legaret quam ad heredem heredes ue perueniret. Quod per legem Voconiam, inquit, ei qui non census

sus sit, licet. Nam ex contrarijs cōcludit,
 si lex Voconia uetat cēlos id facere, per-
 mittit id ihs qui censi non sunt. Theophi-
 lus enim sub tit. De lege Falcidia dixerit
 scribit, Voconia lege uetitum fuisse, ne
 plus uni legare liceret, quām ad here-
 dem heredes ue pertineret. quod quidē
 (ut illud obiter moneam) non ad muli-
 eres solas cōtrahendū esse, sed de quibus
 uis intelligendum, ut nemini, siue mari,
 siue fœminæ plus quām heredibus relin-
 quere liccat, aperte tum lustinianus, tum
 etiam Theophilus demonstrat: & ratio
 eius historiæ quam lustinianus comme-
 morat, id exquirit. Sed quo tempore à
 Theophili & similib. libris abhorrebā,
 facile me Victorij, Manutij, Stephani,
 Colinei, Gryphij, & aliorum quorundā
 auctoritate, qui eam uocem in suis libris
 sustulerant, induci sum passus. quemad-
 modum (ut illud quoq; addamus) Asco-
 nium inductum uideo, aliquāto pōst in
 illo loco, ubi sic legitur: Hoc populus
 Rom. non manu uindicasset, nisi te huic
 tēpori atq; iudicio reseruasset: nam A-
 sconius cotifusam esse locutionem scri-
 bit,

bit, & abundare particulam NON. cum tamen ea sententia nihil aut aptius aut cōcinnius fingi possit: & Priscianus lib. XIIII perspicue illam retineat, Græcamq; interpretationem adhibeat: & nō dñe*sed* dñ*no*tr*p*. Ex illo autē Prisciani libro multa in eadem Oratione meliora fecimus, quæ suo tempore, ut spero, proferentur.

Interpretatio S. Agerius, L. qui Romæ, ff. de uerb. oblig. Caput VIII.



OCVS hic & obscurus semper existimatus est, & multorum interpretationibus mirifice nostris in scholis exagitatus. Quare uidentum est, quid ars Hermagorea, de qua in luris consulto nostro differuimus, & quam Virgulam diuinam appellare solemus, in eo explicādo possit. Argumētum igitur hoc esto. Filius fa. promittens quod patrem debere constitisset, si pater antē moriatur quam constiterit, & alio herede instituto constet, quasi deficiente conditione obligatus non est.

S C A E

V O L A

VOLA. Agerius filius familiâ seruo Publij Mæuij stipulanti spopondit se datum quicquid patrem suum Pub. Mæuio debere constitisset. Quæsitum est, pater defuncto, antequam cōstitisset quid, quantumq; deberet: an si aduersus heredem eius actū fuisset, alium' ue successorem, & de debito cōstitisset, Agerius tenetur? Respondit: Si conditio non extitisset, stipulationem non esse commis- sam. Nunc more institutoq; nostro interpretationem Grammaticam subiungemus.

Seruo stipulanti spopondit. Nam et si stipulatio iuris sit ciuilis, & ciuium Ro. propria, l. ult. ff. de duob. reis. l. ult. ff. de fideiuss. tamē serui ex persona domini stipulandi ius habent, dominoq; suo acquirunt: uti scribit Imp. §. i. De stip. seruo.

Quicquid patrem suum debere. Quibus uerbis nouatio nulla facta est, cum nec id ageretur: ac proinde patris obligationi hæc filij accessit. l. 21. & l. si Stichum, 8. ff. de nouat. neq; nouatio fiat, nisi ubi deberi constat: hoc autē casu deberi nondum constabat. Itaque posterius actum cum

30 FRANC. HOTOM. I. C.
cum heredibus Scæuola testatur.

Patrem debere constitisset. Quibus tribus
in uerbis tota cauſa conſtituit. nam filius
illud magnopereurgebit, ſe non ſpō-
diſſe quod pater debet, ſed quod eum de-
bere conſtiterit: item non quod indefini-
te debeat, ſed à patre debeat: præte-
rea, non quod conſtiterit deberi, ſed tūc
à patre deberi, cùm de debiti ſumma co-
ſtabit. Alter contrà D E B E R E uerbum
ad hoc præſens ſtipulationis tempus re-
feret: ut quandoquā conſtiterit de ſum-
ma debiti, ſiue uiuo patre, ſiue mortuo,
ſtipulatio commiſſa ſit: quaſi dictum ſit
**PATREM NVNC DEBERE CON-
STITISSET.**

Aduersus heredem eius. Vnde perſpicuum
eſt, alium quam Agerium filium, inſtitu-
tum heredem fuifſe: cuius ſanè re non le-
ue meo iudicio in iſta controuerſia mo-
mentū eſt. Cum enim filius fa. eſſet, pro-
babile eſt illum ea mente in iſta ſtipula-
tione fuifſe, ut non ex fuis, ſed ex pater-
nis bonis illam pecuniam diſſolueret.

Alium' ue ſuccefforem. Veluti, bonorum
poſſefforem.

Et de debito constitisset. Animadueitendum, Scæuolam non sic scripsisse, ET PATREM AGERII DEBERE CONSTITISSET: sed cum ueritatem, tum etiam Agerij defensionem notasse, qui defendebat non constare patrem debere, sed tantummodo quanta summa esset, quæ Pub. Mævio deberetur.

Si conditio non extitisset. Sunt qui responſionis huius rationem mirantur: quia non ad interrogatum, & (ut Vlp. loquitur) πρὸς ἔπος facta esset. At ego sic facetē Scæuolā data opera respondisse arbitror, ut rem perspicuam, neq; magna dubitatione dignam esse significaret. est enim argumentum ex antecedentibus: Si conditio non extitit, stipulatio commissa non est. non autem illud: ergo ne istud quidem. ut si pro QVIA (quemadmodum dicere solemus) positum sit uelut in l.fundum, 27. ff.de nouat. & alibi nonnunquam. Propterea autem rem esse perspicuam significat, quia conditio non nisi post promissoris mortem extitit. Cum autem id quod sub conditione promissum est, non ante ipsius euentum debeatur:

32 FRAN. HOTOM. I. C.
debeatur: sequitur, nō patrem debuisse,
sed post ipsius demum mortē euentūm-
que conditionis deberi ab heredib. cœ-
pisse. At filius non quod heredes patris,
sed quod patrem ipsum debere cōstitis-
set, soluturum se spopondit. Quare nihil
ad rem pertinet, quod heredes defuncti
personam sustinent, & quodāmodò re-
präsentant. quasi is qui se solutū pro-
misit quod Agerius debet, soluturum e-
tiam se promittat, quod heredes ipsius
caussa & nomine debebūt. Nam hoc ca-
su nunquam debuit Agerius. Itaq; non
testatoris, sed suo ac proprio nomine he-
redes debent. cōditio enim nō nisi post
promissoris mortem extitit. superius au-
tem sæpenumerò dictū est, id quod sub
conditione stipulatum est, non ante con-
ditionis euentum deberi. Cum igitur te-
stator uiuens non debuerit, heredes nō
ipsius, sed suo ac proprio nomine debēt.
Quia de caussa nemini dubium esse po-
test, quin si filius relictus heres fuisset,
hanc summā deberet: quia tū non patris
nomine, sed suo ac proprio obligatus fu-
isset. Deinceps sequatur Partitio.

Filius

Filiusfamilias seruo. Enuntiatio i. Filiusfa-
âlïeno seruo stipulanti iure ciuili obliga-
tur. Díxi autem A L I E N O , quia inter e-
os qui eiusdem familiæ sunt, non ciuilis,
sed naturalis tantum obligatio consistit.
I. frater à fratre. ff. de cond. indeb. quippe
qui nō alio Prætore & magistratu, quam
ípso patrefa. ad suas dirimendas contro-
uersias indigeat. At cum alienus seruus
stipulatur, quia domini sui nomine, qui
extraneus est, stipulatur, iure ciuili filiū-
fam. extraneum obligat.

Se daturum quicquid. Seq. ii. Filiusfami-
obligare se, ad id quod pater debet dissol-
uendum, potest. Nā(ut ait Caius) filiusfa-
ex omnibus caussis tanquam paterfam.
obligatur, & ob id agi cum eo, tan-
quam cum patrefa. potest. I. filius, 39. ff.
de oblig. & act. obligatur aut̄ quandiu
in potestate est, ex peculio: cùm sui iuris
est, in solidum. Ita duos habebit M̄equius
sibi obligatos, patrem & filium, quippe
cùm nouatio facta nulla sit: uti superius
docuimus ex l. 2. ff. de nouat.

Aduersus heredes actum. Seq. iii. Non si
filiusfam. promisit quod pater debet, ic-

34 FRANC. HOTOM. I. C.
circo aduersus heredem patris agi non
potest. ob eam nimirum caussam quam
proxime tradidimus: quia nouatio facta
nulla fuerat.

Si conditio non extitisset. Seq. IIII. Filius-
fam. promittens quod patrē debere con-
stituerit, si mortuo demū patre & alio he-
rede instituto, id constituerit, non est obli-
gatus. Vt trinç enim concurrere oportet: ut & post ipsius mortem conditio e-
xistat, & alienus heres sit institutus. Cu-
ius utriusç rei rationem superius expo-
suimus.

Stipulationem non esse commissam. Seq. v.
Stipulatio sub conditione facta, nō ante
conditionis eventum, obligationem pa-
rit. §. ex conditionali. De uerb. oblig. l. ce-
dere diem. ff. de uerb. signif. Nunc super
est ut caussæ constitutionē exponamus.
I N T E N T I O P. Mæuij: Debes mihi cen-
tum, quia stipulationis conditio impleta
est. ff Nō est impleta. **Q.** An impleta sit.
R. Quia his uerbis concepta est, Quod
constitisset patrem debere, at nunc non
constat patrem debere, utpote mortuū:
sed ipsius heredes. non igitur si debet
hoc

hoc tibi, aut etiam patrem meū aliquando debuisse constet, siccirco patrem tibi debere cōstat. aliud enim est deberi hoc tibi, aut aliquando patrem cuius heres non sum debuisse, aliud patrem debere. F. At horum uerborū sententia hæc est, ut quod pater stipulationis tempore debet, id mihi dissolueres: quando cuncte tandem id cōstaret. Itaque nihil refert quo tempore id constet: modo eum mihi tantum stipulationis tempore debuisse appareat. Disceptatio ex scripto & sententia nascitur. Agerius enim uerbis ipsis quibus conditio concepta est, ntitur: alter uero mentem & animum & cogitationem contrahentium exquirit: An qui se quod patrem suum debere constitisset, daturum responderet, de eo quod stipulationis tempore pater debet, sensisse videatur, quando cuncte id constitisset. Cervidius Scæuola consultus respondit, nō uideri: duabus, ut opinor de caussis. primum, quia uerba huius conditionis, Si patrem debere constitisset, hanc habent sententiam: Si inita subductaque ratione patrem tibi debere constet. Si con-

fectis rationibus planum feceris, patre
meum tibi aliquid debere. At cum rati-
ones conficiebant, pater deceperat, eoq;
nō ipse debere dici potest, sed heres: ac
proinde non nisi post patris mortem cō-
ditio impleta est. Quod uel ex eo plani-
us intelligetur, quia si faciamus non fili-
umfa. sed Titium extraneum quempiam
promisisse, quod Agerium debere cōsti-
tisset, res nihil dubitationis habitura est,
quin si nunquam rationes, nisi post Age-
rij mortem conficerentur, non à Titio,
sed ab Agerij heredibus ea pecunia de-
beretur. Secunda cauſa est, quia quæ in
stipulationibus obscura sunt, contra stipu-
latorem interpretantur, l. stipulatio i-
sta, 38. §. In stipulationibus. ff. de uerb. o-
blig. Meritò. cum potestatem & ocium
habuerit stipulationem arbitratuſo ita
cōcipiendi, ut omnis obscuritas abeſſet.
Atq; hæc quidem de huius §. interpreta-
tione mea ſententia eſt. Duarenus autē,
cum hac de re uerbosum commentariū
edidiffet, & aduersus eos, qui Scæuolæ
reſponſionem irridebant, pugnaffet, e-
iusq; ſe defenſorem professuſe eſſet, tan-
dem

dem his uerbis sentētiā suam comple
xus est: Quæsitum est, patre mortuo, an-
tē quām constitisset, an cōmitteretur sti-
pulatio. Hæc quæstio facti est, nec con-
stat ex uerbis stipulationis quid actum
sit inter stipulatorem & promissorem.
Verba etiam stipulatiōis, tām ad præte-
ritum quām ad futurum tempus referri
possunt. Itaq; Sc̄euola hanc questionem
ad Iurisprudentiā minime pertinere exi-
stīmans, de iure tantum respondet, Si cō
ditio non extiterit, stipulationem com-
missam non esse. An extiterit conditio
nec' ne, quia facti quæstio est, & pendet
ex uoluntate contrahentium, non re-
spondet: sed boni prudentis' que iudicis
arbitrio id iudicandum relinquit. Hæc
doctissimus Duarenus: quæ quia refu-
tatione indigna sunt, satis fore putauī, si
simpliciter sine ulla disputatio-
ne à me profer-
rentur.

Causæ Quintianæ constitutio ex Ciceronis Oratione prima.

Caput IX.



ECUNDVM orationē Ciceronis, pro A. Cecina nō puto ullā difficultiore esse ea quam idē pro P. Quintio dixit. Itaq; quod olim non potuimus, nūc experien dū est, an eius causæ constitutionē expōnere possimus. Argumētū igit̄ hoc esto. Cūm olim annos aliquot inter Sex. Næuiū præconē & C. Quintiū de plebe Ro manā hominē, societas rerū quæ in Gal licā cōparabant, fuisset, moris C Quintius fratrēq; Publiū testamento heredē facit. Dissoluta hoc modo societate, iudicio primū cōmuni diuidūdo, dein, si quid ab alterutro debereſ, Pro socio iudicio di ſceptandū erat. Hoc cūm sumptis intra parētes domesticis arbitris transfigi nō potuiffet, resq; aliquādiu in uadimoniū fuisset, idq; ſē penumero dilatū eſſet, tan dē Sex. Nēuis L. Scipione C. Norbano Coss. cū P. Quintius in Galliā profectus eſſet, testes cōplures ſumpſit, ſe uadimo nium

nū stitisse, P. Quintiū deseruisse. Eam te-
stationē cum ad P. Burrienū Prætorē edi-
cisset, postulauit ex edicto, ut sibi Quin-
tiū bona, quasi latitatis debitoris, posside-
re liceret. Prætor q̄ deserti uadimonij ta-
bulas, testimoniūc̄ audiret, neminē por-
ro qui absentē Quintiū defenderet, ades-
se uideret, ei possessionē decernit. Ita N̄
uius dies triginta possedit: quib. exactis,
eadē bona prescribit, auctionēc̄ in diem
certā constituit. cūm ecce tibi Sex. Alfe-
nus Quintiū se procuratorē esse denunti-
at, statimc̄ & libellos deīscit, & puerum
quē N̄uius abducebat, eripit: seç̄ para-
tum esse iudicio Quintiū defendere, p̄fi-
tetur. Hunc N̄uius in ius ad P. Burrie-
num uocat: petit, ut si uelit, Pro socio iu-
dicio P. Quintium defendere, iudicatu
solui satisdet, cuius satisdatiōis tres clau-
sulæ sunt: de re iudicata soluenda, de re
defendenda, id est iudicio sisti, & de do-
lo malo. I. 6. ff. iudic. solui. Ius autem
est, ut quamvis bona possessa sint, si
tamen ante auctionem defensor existat,
& satisfactionem offerat, desinat pos-
sessio, neque auctio constituatur.

Alphenus satis dare non recusat, dum idem
uicissim Næuius faciat. Solos enim eos
tatum satis dare, quorum bona ex edicto
possessa essent. Hæc autem non fuisse ex
edicto possessa, paratus se defendere. Præ
tor qui possessionem decreuerat, & pos
sessa fuisse bona intelligebat, decernit ut
solus Alphenus satisdet. qui tum quasi
iniustum Prætoris decretum esset, Tribu
nos pleb. appellat. L. Brutus è decem u
nus ostendit se intercessurum, nisi quid
inter eos conueniret. Conuenit igitur ut
Idib. Septemb. id est sex septem' ue post
mensibus, P. Quintius iudicio se sisteret.
Venit Quintius rebus saepe dilatis, tan
dem in ius ad P. Dolabellam Prætorem
urbis, M. Tullio, Cn. Dolabella Coss.
itur. Ibi Næuius iudicium communi di
uidundo postulat: cum eo, ut Quintius
satisdet, quippe cuius bona ex edicto
possessa sint. Quintius satis dare recusat,
quasi sua bona ex edicto possessa no[n] es
sent. Dolabellia decernit, ut aut satisdet,
aut sponsonem faciat. Si sua bona ex e
dicto possessa sint. No[n] iniuria, meo qui
dem iudicio. Constatbat enim bona pos
sessa

fessa esse. Dubitabatur utrumne ex edicto, an non. Sponsionem facere Quintius maluit. Iudicium ergo decernitur: daturque hoc negotium C. Aquilio Gallo tum Iuris civilis scientia imprimitis claro: qui tres secum in consilium Iurisconsultos adhibuit, M. Marcellum, P. Quintilium & L. Lucullum. Actor est quidem hoc iudicio P. Quintius: quippe qui sponsionem faciat, sed si generatim controuersiam omnem spectemus, non dubium est, quin prior controuersiam Nævius moverit: quippe qui Iudicium à P. Dolabela Prætore postularit. unde illa pagin. 5, Reum priore loco caussam dicere. Item pagina 11, Querit priore patrono causam defendantem, &c. Caussæ igitur constitutio hæc erit. Intentio, Bona mea ex edicto non possedisti. Depulsio, Imo ex edicto possedi. Q. An bona ex edicto possederit? Ratio, Quia bona ex edicto possidere, est eius bona decreto Prætoris possidere, qui Iudicio defensus non sit; hoc est, cuius nomine nemo iudicium accepte perit. Alfenus autem iudicium Pro socio, quod cum eo petebam, ut solus sa-

c s tis daret,

tis daret, accipere noluit: sed cum Pr̄etor iudicium daret, atq; ut ipse solus satisdaret, decreuisset, Tribunos appellauit. nō est ergo istud iudiciū pati, neq; iudicio defendere, cum auxilium à Tribunis pe-
tas. F. Imo Bona ex edicto possidere est, bona eius possidere, cuius nullus omni-
no defensor extitit, qui ullum iudicium accipere paratus esset. At Procurator Alfenus pr̄æstò semper fuit, denuntiauit se procuratore esse, paratū se iudicium, si modò æquū esset, recipere ostendit. Di-
sceptatio ex scripti ambiguitate nascit, An Bona ex edicto possidere, sit eius bo-
na possidere cuius, non nemo quidē de-
fensor extitit, sed is extitit qui eo iudicio
quod dabat, defendere noluerit, Tribu-
nosq; appellari. Hoc aut oratoriè Cice-
ro sic expressit (pag. 23): Cuius procura-
tor omnia iudicia acceperit, quæ quisq;
in uerba postularit, cuius procurator à
Pr̄etore Tribunos appellare ausus sit, eū
non defendi, eius bona rectè possideri
posse: Item pag. 26, Aut doceas oportet
Alfenū negasse se procuratore esse, non
deieciisse libellos, iudicium accipere no-
luisse;

Iuisse: aut cū hæc facta sint, ex edicto bona P. Quintij non possedisse concedas.

Contrarias esse Iurisconsultorum sententias de proprietate arboris, quæ in vicini fundum radices egredit. Caput X.



A I V S in fine l. adeo, 7. ff. de acq. rer. domin. scribit, uicini arborem quæ in meum fundū radices egit, meam effici. rationem enim non permettere, ut alterius arbor esse intelligat, quam in cuius fundo radices egit. & ideo prope confinum positam arborem, si etiam in vicinū fundum radices egerit, communem esse pro regione cuiusque prædij. Sed uidea mus, ne obscurè hoc dicatur: primùm q. iā ramos uicinæ arboris quæ in vicini fundum propendeat, uicini non esse, cō stat: siue ex æqtate naturali, siue ex Prætoris interdict. l. i. ff. de arbor. cædend. cum tamen uix, ac ne uix quidem arbor ulla ramos in alienum fundum porrige re soleat, in quem non euam radices.

Præter

Præterea si truncum spectemus, patet ex l. pen. ff. pro soc. arborem in confinio natam, non esse uicinorum: quatenus in uniusq; uicini fundo est, ex quo sequitur, eam que tota est citra lineam finientem, nulla ex parte uicini esse. Postremo quod ad radices attinet, Pomponius in l. 6. ff. de arborib. cæd. aperte ait, radices arboris in fundum uicini porrectas, non esse ipsius, sed domini sui manere. Itaque ius ipsi non esse, eas radices succidere. Et re uera ita est, ut si radices ipsius essent, ei licet illas succidere: ac proinde arborē extingueremus: quod æquitati naturali contrariū esse, nemo non uidet. Quod si neque rami, neq; truncus, neq; radices uicini sunt, fructus quoq; ipsius non esse consequitur: siquidem eiusdemum sunt fructus, cuius est arbor. Quia de caussa Prætoris interdictum uidemus in l. 1. ff. de gland. leg. quo potestas permittitur arboris domino, fructus q; in uicini fundo deciderint, tertio quoq; die legere. Videamus ergo ne multo uerior sit Pomponij sententia, qui in d.l. 6, de arborib. cæd. ea tradit, quæ perspicuè Caij sententiae

tige aduersantur, his uerbis: Si arbor in ui-
cini fundum radices porrexit, recidere
eas uicino non licebit. agere autem lice-
bit, non esse eius, sicuti tignum aut pro-
tectum, immissum habere. Si radicib. ui-
cini arbor aletur, tamen eius est, in cuius
fundo origo eius fuerit. Quid autem se-
cutus sit Pomponius, apparet: n. mirum
id quod alijs omnibus similibus in caus-
sis spectari solet: ut id quod partis acces-
sionisq; loco est, ex eo quod principale
est, censeatur. quēadmodū in purpura,
caterisq; omnib. traditur in l. sed si me-
is, 26, de acq. rer. dom. l. cum aurum, 19,
§. perueniamus, ff. de aur. & arg. l. tigni,
7. ff. de exhib. l. in rem actio, 23, §. 2, & 4.
ff. de rei uindic. Quoniam igitur nō mo-
dō lōge maxima pars arboris, sed etiam
potissima pars radicum, in meo fundo
est, quamuis in uicini fundum reliqua se
pars radicū extenderit, tamē arbor mea
manebit. neq; ei licebit, radicibus excin-
dendis arbori meae interitum afferre. sed
si quid eius intersit, negatoria actione
utetur, Mihi ius nō esse immissum illud
in suum fundum habere. ut ei suum dam-

num

46. FRANC. HOTOM. I. C.
num uel in pecunia, uel in aliqua fructu-
um parte resarciam. Videndum est eu-
am, an Caij argumento recte sic respon-
deri possit: nam ab efficiente cauſa ita
concludit, non esse alterius arborem,
quam cuius ex fundo alitur, ac sustenta-
tur. ali autem ex eius fundo, in quo radi-
ces egit. ac proinde ipsius esse. nam res
omnes ex potiore sui parte aestimandae
sunt. certum est autem potiorem radi-
cum partem eam esse, quæ summa est, &
arborem attingit. Quare non ex radici-
bus in longum porrectis, sed ex proximis
præcipue sustentatur.

*De more tabulas dandi Iudicibus, & iu-
dicatus Acronis atq; Porphyrionis ma-
gnus error in Ciceroniani loci inter-
pretatione. Caput X I.*



EMO nescit moris fuisse, ut
cum Iudices in publicis que-
stionibus consedissent. Que-
sitor ijs aliquot tabellas da-
ret, in quibus nota quadam sententiarum

AVALUM

scarum inscriptæ essent, ut eas postea-
quam in cōsilium missi essent, in urnam
conijcerent. Varias autem eas notas fu-
isse, & multo plures q̄ quot Asconius nu-
merat, iam pridē in Ciceronianis cōmen-
tarījs docuimus. Eiusq̄ rei exemplū no-
bis Diuinatio de accusatore Verris con-
stituēdo suppeditat, ubi Cicero ait, Hor-
tensiū certos homines in cōsilio habere,
quib. ostēdī tabellas uelit, nō enim singu-
los ferre sentētias, sed uniuersos cōstidue-
re. neq; enim de condēnando, uel absol-
uendo Cicerone, uel Cēcilio tum ageba-
tur. Verisimile est igit̄, notā in ijs tabulis
scriptā fuisse nominis illius, quē actorem
sententia sua cōstitueret. Quod ab Asco-
nio illo loco prētermissū esse, sane miror.
nam etiā de Prēuaricatore notā dari soli-
tam, Cicero in partitionib. his apertē de-
monstrat uerbis: Defensor, inquit, testat
consuetudinem sermonis, argumenta-
tur ex consequentibus, quōd ea litera
de accusatore soleat dari Iudici: quasi
in tabella scriptum fuisset A: id est accu-
sator: & P: id est Prēuaricatus. Prēte-
rea Cæsar libro de bello ciuili 111:L.

Domi-

48 FRAN. HOTOM. I. C.
Domitius, inquit, in consilio dixit, place-
re sibi bello confecto, ternas tabellas da-
ri ad iudicandū de īs, qui ordinis essent
Senatoriū, belloq; unā cum ipsis non in-
terfuissent: sententiasq; de singulis fer-
rent, qui Romæ remansissent, quiq; in-
tra pr̄sidia Pompeij fuissent, neq; operā
in re militari pr̄stitissent. Vnam ferre ta-
bellā, qui liberandos omni periculo cen-
serent: alterā qui capitis damnarent: ter-
tiam, qui pecunia multarent. Iam uero
quod in illo Diuinationis loco Cicero
asscribit, ceratam unicuiq; tabellam dari
ceræ legitima, non illa infamī ac nefaria:
Pædianus sic interpretatur, quasi disco-
loribus ceris insignitas Iudices tabellas
accepissent, ut timeret unusquisq; eorū,
ne fidem pactionis non seruasse uidere-
tur, si non in tabula quam unicuiq; datā
meminisset, Hortensius ex nota scilicet
ceræ discoloris, absolutum Verrem repe-
riret. Mirū est autem ita discolores tabu-
llas Iudices habuisse, cùm ex Milonianā
constet, moris fuisse ut à Quæsitore ipso
Iudicib. distribuerent. Sed multo magis
mirū, imò ppe incredibile uidet, quod
ea

ea de re tā imperite & Acron & Porphy
 rīo in illum Horatij uersum scripserint;
 Sermon.lib.ii,Sat. i: Grande malū Tu-
 riūs, si quis se iudice certet. Turius (in-
 quīt Acron) quidam corruptissimus iu-
 dex. Hic est cui Hortensius propter fra-
 trem Varronem ceratas diuersi coloris
 tabellas dedit. Alias, Turium Marinū
 iudicem significat: qui accepta pecunia
 pronuntiare sit solitus, qui fidem suam
 corruperant. Hic quoq; tempore Verris
 reus erat, & diuersi coloris tabellas fer-
 tur dedit, ut sciret qui secundum uolū-
 tam iudicasset. quia nomina sua, Cen-
 tumuiri non adiiciunt. Porphyrius au-
 tem sic; C. Turius hic Prætor fuit, apud
 quem accusatus est à Cicerone Verres
 Hortensio defendantē. Hic dicitur Cen-
 tumuiris dedit tabulas, alijs nigras, a-
 lijs rubras, & cera adnotasse, quas cuiq;
 dedisset: ut sciret à quibus postea pecuni-
 am peteret, uel linqueret. nā omnes cor-
 tuperat. Hæc illi. Ex quibus utriusq; &
 negligētiā & ariſoq; hōrā sane in-
 dignam licet animad-
 gertere;

d

Emen-

50 FRAN. HOTOM. I. C.
Emendatur lex 3. ff. de gradibus & locis
Instit. Si quadrup. Cap. XII.



N lege 3. ff. de grad. & aff. uer
sum hunc totum, qui in eius
legis initio sic legitur, I-
TEM PATRVI MA-
GNI, AMITAE MAGNAE, A-
VVNCVLI MAGNI, MATERTE
RAE MAGNAE, NEPOS NE-
PTIS: à librarijs minus ad negotiū suū
attētis alieno loco positum existimo, &
tribus pōst uerbib. reponendum: hoc est,
pōst uerbum PRO MATER TERAE
FILIVS FILIA: ut simul uox Item in-
sequens deleat: & sic locus legatur, Item
patrui magni amit. mag. auunc. m. mat.
magnæ, nepos neptis, qui ex fratrib. pa-
truelibus, aut consobrinis, aut amitinis,
undiq; propagātur, qui propriè sobrini
uocantur. Tametsi legi concinnius for-
tasse posset, VNDIQUE PROPA-
GATI, PROPRIE SOBRINI
VOCANTVR. Cuius opinionis
meæ ratio illa est: primum quod alio-
quin Caius bis eosdē numeraret: neq; e-
nīm

nim alius est magni patrui nepos, ac so-
brinus: deinde q̄ hic ipse ordo est, quem
idē Caius perpetuò in cognatorū gradia-
bus recensendis obseruat, nimirū ut eos
primum qui Titio, id est eo de cuius co-
gnatione quærif̄, sunt inferiores nomi-
net: tum eos qui superiores: ueluti prius
fratris nepotem, q̄ patruum magnū. cu-
ius rei hanc constat esse rationē, quod su-
periores ex inferiorib. appellationem su-
mūt: ut nisi fratrī esset filius, patruus nō
esset. quapropter ab īs īneunda fuit cō-
putatio. Sed hæc clarius attente Caij or-
dinem consideranti, facile, ut spero, con-
stabunt. Meam autem sententiam quam
quatuor ab hinc annos diuulgaram, po-
stea ualde cōfirmauit locus in Pauli sen-
tentiarum lib. 4. tit. 10, ad quem isto fere
quem exposuimus modo, scriptum est:
Similiter autem peccatum est apud Iu-
stin. tit. Si quadrup. à Tribonianō dicam
an ipsius scriptore, sane stultissime. quia
hos duos uersus, V E L V T I S F E Q V V S
C A L C I T R O S V S C. P. A. B. C. P. S.
C. P E R I E R I T: quos ex Vlpiani respo-
so in l. i. ff. eod. sumpserat, prepostere col-

locauit:nam post hęc uerba H A E C A V
T E M A. I. I. Q. C. N M. locū habet, re-
ponenda esse, nemo qui locū attentē le-
gerit, dubitat. neq; tamen X I tab. uer-
bare requirere necesse est. Nam uox I T A
quæ nonnullos conturbare posset, ad su-
periorem uersum qui Legis sententiam
indicabat, refertur: ut sit, Ita lex scripta
est, ut modò significauimus. Et apparet
Theophili diligentia, qui errorē ita ma-
nifestum Tribonianī tamen auctoritate
permotus, infecutus est.

*De lege Acilia repetundarum &
obscuro loco Verrinæ tertiae.*

Caput XIII.



O C V S est in libro Accusati-
onis Verrinæ primo, ualde
obscurus, & in quo explican-
do uir doctissimus in suo li-
bro De legibus, mea scilicet interpreta-
tione non contentus, elaborauit. Sed
quoniam ne illius quidem cōiectura mihi
satisfacit, uidendum est, ecquid lucis
ad tācas tenebras afferre possimus. nam
quod quidem ad Ampliationem & Cō-
peren-

perendinationem pertinet, in quo me grauiter peccasse arguebat, spero me doctis uiris in Commentario uerborum lūris satisfecisse. Locus autem insequēs sic scriptus est: Glaucia primus tulit, ut cōperendinaretur reus: antea uel iudicari primo poterat, uel Amplius pronuntiari. Vtram igitur putas legē molliorem? opinor illam ueterem, qua uel cito absoluī, uel tarde condemnari licebat. Ego tibi illam Aciliam legem restituo, qua lege multi semel accusati, semel dicta causa, semel auditis testibus condēnati sunt. puta te non hac tam atroci, sed illa lege mitissima caussam dicere. Hic quāero, cū satis constet Aciliam legem Seruilia posteriorem fuisse, constet præterea posteriores Repetūdarum leges semper atrociores superioribus fuisse: quemadmodum ipse in lib. de Offi. 11, testatur: quomodo Cicero dicat, se Aciliam legē restituere Seruilia molliorem, & eam ueterē appellat, atq; Seruilia priorem: nam Asconius non uno loco confirmat, Aciliā legem sustulisse comperendinationem. Comperendinationem autem à Seruilia

primum institutam fuisse, hoc loco Ci-
 cero testatur. Præterea quomodo il-
 lud cum Acilia congruit, quod ait, Q V A
 L E G E V E L C I T O A B S O L-
 V I , V E L T A R D E C O N-
 D E M N A R I L I C E B A T ? nam
 tardam condemnationem certum est ex
 ampliationibus & cōperendinationib.
 natī. at lex Acilia onines illas sustule-
 rat. Quæro etiam illud, quomodo Ci-
 cero Aciliam legem hoc loco mitissi-
 mam appelleat, quam Asconius Verrina
 secunda nominatim seuerissimā fuisse di-
 cit: Sanè nī me Asconij auctoritas mo-
 ueret, pro ILLAM ACILIAM uel Illā
 antiquam, uel Illam Cēciliam legendū
 existimarem, ut ea intelligeretur, de qua
 Valerius loquitur lib. v i. cap. ix: & ea
 cautum fuisse dicerem, id quod hoc loco
 Cicero scribit, ut tarde condemnari re-
 um liceret. nec enim obstatet, quod in-
 fert, Multos semel accusatos &c. quasi
 semel tantum accusari potuerint: quod
 primum Acilia lege inductum est. Sic e-
 nim interpretarer, Quamuis sāpius a-
 gī caussa posset, sāpe tamen accidebat,
 ut se-

ut semel dicta caussa, unaq; actione rei
dānarētur: meo q; iudicio sensus optime
cum hoc loco quadraret. nam si, cum li-
ceret ampliare, Iudices tamē minus mul-
to cognitis criminib. primo damnarunt:
quid est quod queri Hortensius possit, à
me non multa dici, nec copiose caussam
agi, ac uiginti dies consumi: nam quo
sæpius & copiosius agam, eo planius
crimina explicabuntur, & cognoscen-
tur. Meam autem coniecturam mirific-
è locus insequens confirmat: ubi cum
hanc fictionem retinet, quasi antiqua le-
ge uterentur, ita scribit: Etiam si lex am-
pliandi faciat potestatem. Quod de A-
cilia lege intelligi non posse, quæ am-
pliationem uetabat, nemo non uidet.
nam quod vir doctissimus sic interpre-
tatur, Etiam si lex Acilia permittat id,
quod maxime permittiit, Dilationem
uidelicet: plane alienum est à lege Acili-
lia, quæ (ut Asconius disertè scribit)
comperendinari uetabat reum, & una a-
ctione repetundarum caussam conclu-
sit: quemadmodum Cornelia in duas i-
ta diuisit, ut cōperēdinatio esset necessa-

56 FRANC. HOTOM. I. C.
ria: nō autem in Ciceronis potestate posita,
quod equidē miratus sum in mentē eru-
dito illi uiro uenire posse: pr̄sertim cum
iam perēdinatus esset Verres, & tum ex
comperendinatione cauſſa ageretur. Ve-
rum interdum sic accidit, ut eos accuse-
mus, quorum postea defensionem audi-
re cogimur.

*Emendatur lex IX. ff. de lib. & posth.
& l. 2. ff. ad S. C. Velleian.*

Caput X IIII.



PVD Paulum in l. 9. ff. de lib.
& posth. duo sunt in Haloan-
dri libris peccata uel maxi-
ma. hoc in loco: QVOD
MORIENTE AVO FILIVS PE-
PENDERIT, NEC ABSCISVM
TESTAMENTVM, VT SVPERI-
ORI CASV FVERIT. Quorum
tamen alterum à Florētinis libris abest,
in quibus vox TESTAMENTVM, que
nihil quicquam ad hūc locum pertinet,
sublata est: alterum autem cum altero
non paulo leuiore est commutatum.
Nam pro FILIVS FILII IUS LE-
GITVR,

GITVR, ineptè mea sententia: quū Pau-
 lus nō de filij, sed nepotis iure loquatur.
 Quod ut planius intelligatur, facti spe-
 ciem exponemus. Titius filium exhere-
 davit. nepotem præteriit. Caium institu-
 it. mortuo Titio filius exheredatus, ante
 aditam à Caio hereditatem decepsit. Ne-
 pos uult rescindere testamentum, hanc
 afferens caussam, quia filio mortuo suus
 heres esset. Paulus tamen rescindi posse
 testamentum negat, propterea quod ne
 pos præteritus tum demum testamentū
 rumpit, cum suus fuit mortis aui tempo-
 re. sed fingamus filium exheredatum a-
 pud hostes fuisse, ibiç ante aditam here-
 ditatē decepsisse. rumpit, inquit Paulus,
 his casibus nepos testamētum. quid ita?
 quia moriente auo sui ius pependerit, id
 est incertū erat, & ex dubio euentu pen-
 debat, an nepos suus esset, nec' ne. Nam
 si filius rediret, iam à tempore mortis ne-
 pos suus non erat; sin ibi decederet, ab e-
 odem tempore nepos suus erat: quia fili-
 us prima hora captiuitatis decepsisse fin-
 gitur. l. 6, §. 9. ff. qui test. fac. poss. alijsç
 permultis. Quare ius sui non filio pen-
 d 5 debat,

59 FRANC. HOTOM. I. C.
debat, sed nepoti: neque ei abscisum erat, ut in superiore casu, quo filius liber & ciuīs erat. Ut legis sensum hunc esse appareat: Non si filius exheredatus ante aditam ab instituto hereditatem decebat, sic circa tamen nepos ex eo præteritus testamentum rumpit: quia tum præteritus est, cum suus non esset. At si mortis tempore filius exheredatus apud hostes fuerit, ibiç decesserit, nepos præteritus testamentum rumpit. Tum enim est præteritus, cum suus esset, quemadmodum euentus docuit. Sed hunc locum copiosius in legem Gallus explicavimus. Contrarium autem huic peccatum est apud Vlpian. l. 2. ff. ad S. C. Velleian. ubi M V T V I D A T I O N E S ineptissime omnibus in libris legitur: quum sine dubio. M V T V A T I O N E S legendum sit: ut satis constat ex eo, quod S. C. Illud nō prohibet, ne mulieres dēnt muciam pecuniā, sed ne pro alijs accipiant: ut omittam quod paulo antè legitur

C O N S V L V E R V N T pro

C E N S V E -

R Y N T.

De

*De ludorum diebus & difficilimus Verri
na secundæ locus explicatus.*

Caput X V.



I C E R O accusare Verrem
cœpit Nonis Sextilibus, ut i-
pse Verrina secunda testatur.
Itaque perpauci dies utiles ad
Cal. Ianuarias supererāt: propterea quod
Iudi multos dies auferebant, quos ope-
ræ premium esse arbitror hoc loco nume-
rare. Cum enim ibidem Cicero scribat,
postridie Nonas Sextiles, decem dies u-
tiles esse ante ludos uotiuos, apparet pri-
mum eorum diem fuisse decimumsepti-
mum Cal. Septemb.. & cum adscribat e-
os ludos, dies quindecim ablatuos, se-
quitur eos ad tertium Cal. Septemb. du-
rasse. post quem, dies quatuor continua-
uacui ludis sequebantur. nam pridie No-
nas Septemb. cōmitti Romanos ludos,
Calendariū Romanū à Paulo Manutio
doctissimo uiro editum demōstrat. Eos
autē nouē dies in Palatio durasse, constat
cum ex eodē Calēdario, tum ex eo quod
Cic. lib. de Orat. III, iestat, extremū Ro-
mano-

manorū diē fuisse pridie Idus Septemb.
pōst duo dies uacui ludis. secundum
quos Circenses ludi consequebantur, à
die decimo septimo ad decimum septi-
mum Cal. Octobris. A quo die septem
& triginta dies uacui ludis excurrebant,
ad usq; diem septimum Cal. Nouemb.
ut illud idem Calendarium ostendit.
Quod cūm ita sit, non nimis immodera-
te Cicero subiunxit, Hortensium cogita-
re prope XL dies inter accusationem, &
defensionem interponere. nam à primo
Votiuorum ad extremum Romanorū
Circensium triginta quinque dies nume-
rantur, qui omnes prater, sex in ludis, cō-
sumuntur. Sed idem admodum elatoriē
locutus est Verrina 1111: ubi hac de re
loquēs, ita scribit: Hoc si Romē fieri pos-
set, certa aliqua ratione expugnasset iste,
ut dies XLV inter binos ludos tolleren-
tur, per quos solos iudicium fieri posset.
Neque aliter locus ille intelligi potest,
quam si dicamus, non ueritatem illo lo-
co secutum esse oratorem: sed ad Verris
intercalariū allusisse, quod totidem die-
bus constabat.

Emen-

OBSERVAT. LIB. I. 61
Emendata lex XII. ff. de suis &
legitimis hered. Cap.
put XVI.



G N A T A dicuntur, non quæ alicunde nata sunt: illa enim Enata dicuntur: sed quæ ad alia, id est contra siue iuxta alia quædam nata sunt. Itaque filius patri nasci dicitur, quum ad patrem cogitatio referatur: agnasci uero cū ad cognatos & propinquos. Cicero lib. de Orat. i, Nū quis ex eo testamentō quod paterfam. ante fecit, quām ei filius natus est, hereditatem petuit. Nemo. quia constat agnascendo rumpi testamentum. Nasci filius aperte dicitur, uiuo patri: agnasci mortuo: quia cogitatio postumi nature, non ad patrem, sed ad propinquos refertur. Item pro Cetina, cui filius agnatus sit, eius testamentum non esse ruptum, iudica. Vlp. l. 3. ff. de iniust. rupt. Postumi per virilem sexū descendentes, ad similitudinem filiorū, nominatim exheredandi sunt: ne testamentum agnascendo rumpant. Et in fine, Licet autem Postumus præteritus agnascen-

62 FRAN. HOTOM. I. C.
gnascēdo rumpant. Et in fine, Licet autē
postūmus præteritus agnascendo rum-
pat. Itaque Papinianus l. 7. ff. Si tab. test.
null. nepotem aeo sine dubio nō esse a-
gnatum, affirmat. Vlpian in Institu. cap.
23, Rumpitur testamentum agnatione,
id est si suus heres agnascat, qui neq; he-
res institutus, & cet. Quare lex XII
tab. apertissimè suum ab agnato distin-
guit: hoc posteriore uerbo propinquos
intelligens, AT SI, inquit, INTESTA-
TVS MORITVR, CVI SVVS
NEC EXTABIT HERES, A-
GNATVS PROXIMVS FAMI-
LIAM HABETO. Similiter in iure
nostro suus ab Agnato distingui solet,
ut in l. 11. ff. de suis & legit. ubi capite di-
minutus desinit suus heres, uel agnatus
recte dici, & alijs locis quamplurimis.
Qua de cauſa probare nunquam po-
tui, quod proximè subiicitur, Filius pa-
tri agnatus proximus est. nam PROXI-
MVS NON EST cum negatio-
nem legendum puto: quasi Pomponi-
us legem illam XII interpretans, dicat
ſiliūm hoc uerbo non contineri. Nam si
in pos-

In potestate est, appellatione sui continetur: si emancipatus, ne tum quidem agnationis iure poterit: quum emancipati extraneorum loco habeantur. Nisi forte dicamus hoc quoque Tribonianī facinus fuisse: qui Pomponij scripta ad Imperatoris sui cōstitutionum regulam correxerit: præsertim cum Paulus in l. ult. §. i. ff. de gradibus sic loquatur, proximi mores ex agnatis sui dicuntur.

*Genus dicendi antiquum auctoritate
Ciceronis quatuor ex locis com
probatum. Caput*

XVII.

 C I C E R O in Oratione pro Sexto Roscio genere orationis perplexo utitur: quim hi tum obscurus fuit, cum iliam Orationem interpreteret. Nam cum agricolendi studium multis laudibus ornasset, ut suspicionem omnem paterni odij in Rosciū adimeret, quæ concepta siccirco uidebatur, quia pater eum ruri habitare iusserat: Quid censes, inquit, hunc ipsum Sextum Rosciū

scium, quo studio & qua intelligētia
esse in rusticis rebus? Dictum enim
hoc uidetur, quasi hæc subesset senten-
tia: Quid & quo studio Sex. Roscius
esse in rebus rusticis censes? Similem e-
nīm loquendi figuram in libro De Ora-
tore primo animaduerti, cum ita scribit:
Quod si tibi tantum in nobis uidetur es-
se, quib. etiam si ingenium, ut tu putas,
non maximè defuit, doctrina certe & o-
tium & hercule etiam studium illud di-
scendi acerrimum defuit: quid censes, si
ad alīcuius ingenium uel par, uel maius
illa, quæ ego non attigi, accellerint, qua-
lem illum & quantum oratorem futurū?
Item in libro De Offi. 2. Quid enim cen-
semus, superiorem illum Dionysium, quo
cruciatus timoris angī solitum? quid Ale-
xandrum quo animo uixisse arbitramur?
Item in Orat. contra Rullum 11: Quid
cēsetis cum isti decemuiri, cum imperio,
cum fascibus, cum illa delecta finitorum
uentute, per orbem terrarū uagabun-
tur, quo tandem animo, quo motu,
quo periculo miseras natio-
nes fuuras?

Insignis

*Insignis locus Ciceronis in Oratione pro**Q. Roscio declaratus. Caput**XVIII.*

Tul'ius in ea pro Q. Roscio Comœdo, cum in C. Fannium Chæream, Q. Rosciū aduersarium, multa dixisset, quæ ad suspicionem fraudationis in ipsum deriuandam pertinabant, tandem ita loquitur: Oro atque obsecro, uos, qui nostis, uitam inter se uatriusq; conferte: qui non nostis, faciē utriusq; considerate. nonne ipsum caput, & supercilia illa penitus abraſa, olere malitiam, & clamitare calliditatem uidetur? nonne ab imis unguibus usq; ad uerticē summum, si quam coniecturā affert hominibus tacita corporis figura, ex fraude, fallacijs, mendacijs constare totus uidetur? qui īccirco capite & supercilijs semper est rasis, ne ullum pilum uiri boni habere dicatur. Cuius personam, præclare Roscius in scena tractare consueuit. neq; tamen pro beneficio ei par gratia referunt: nam Ballionem ~~etiam~~ unprobissimū

& periurissimum lenonem quum agit,
agit Chæream persona illa lutulenta, im-
pura, insuisa, in huius moribus, natura ui-
taq; est expressa. Eum igit locū in meis
commentarijs interpretans docui moris
fuisse quibusdā, calorē ægre & moleste
ferentibus, caput & supercilia radere: e-
iusq; sententiæ meæ Gellium & Sueto-
nium auctores confirmatoresq; protulit:
deinde admonui Ciceronem, oratoriè
id quod Fannius molilitie & deliciarum
caussa faceret, quia deformitatem affere-
bat, impudentiæ signum interpretatum
esse. neque sane illius meæ interpretatio-
nis adhuc me pœnitet. Adrianus tamen
Turnebus vir admirabilis doctrina præ-
ditus, in libello quo iocos Ciceronis in-
terpretatur, ita scribit: Caluos autem mi-
mos intelligo, qui capite sunt raso, ut in
comœdia lenonem qui agebant histrio-
nes, re caluastri erant, aut calui, ut scribit
Pollux, & Cicero pro Roscio Comœdo
indicat: Qui iccirco, inquit, capite & su-
percilijs semper est rasis, ne ullum pilum
viri boni habere dicatur. Sequitur enim
mox, Nam Ballionem illum improbissi-
mum,

mum, & periurissimum lenonē cum agit, agit Chæream. Chærea autem cùm illas personas plerūq; ageret, itcirco capite erat & supercilij ralis. Ita autem caluū interdum accipi Plautus ostendit, *Vt ego* hodie raso capite caluus capiam pile um. Hæc Turnebus: Sed uideamus, nē ad Chærēā hæc nullo modo referri possint, quem aut histrionem fuisse, aut leno his personam agere consueuisse, nulla ut opinor, in hac oratione litera significat. Plauti aut locū de pileo perspicuum est ad eū morē pertinere, quo radi serui solebant cū accepto pileo libertatē assequebantur: ut facile quiuis absurdā hāc esse Ciceronianī ioci interpretationem perspiciat.

Corruptam esse legem primam. ff. de dolo

malo, ubi doli mali definitio à Seruio

tradita, reprehenditur. Caput XIX.

R O D I I T nuper doctissimi
uiri Commentarius in tracta-
tum Pandectarū de dolo ma-
lo, cuius initium cum legissem;
animaduerti me peracerbè & ualde præ-

e 2 ter



ter expectationem meam laceſſitum eſſe: quod eruditus cuiusdam uiri iudicio cōfirmatus ſcripſiſſem in Verrinarum comētarījs, uerba hęc leg. prime, ff. de dol. mal. ſubdititia eſſe, & ex margīne ſumpta uideri. M A C H I N A T I O N E M Q U A N D A M A L T E R I V S D E C I P I E N D I C A V S S A. Et quoniam eius hominīs reprehensio, quam tamen amicā eſſe arbitror, nondum ſententiam mihi meam labefactari potuit, ac potius confirmauit: tacendum id mihi hoc tempore non existimauit, ne ſi forte filerem, taciturnitatem mea ueram bonamq; cauſſam prodere uiderer. Eruditioribus autem huiuscē amicæ & familiaris controuersiæ noſtre iudiciū relinquā. nam qđ ad me attinet, ſine acerbitate, remotis omnib. aculeis iracūdīę, cauſſā tractabitur. Dicebam igitur locum ſic legendum eſſe: Dolū malum Seruius quidem ita definit, Cum aliud agitur, aliud ſimulatur: totumq; illum uerſum, quem ſuperius posui, non à Seruio Sulpitio adiectū, ſed à studioſo quodam ex ſubiecta Labeonis definitione ſumptum ac notatū fuiffe. Cuius rei pri-
mum

num argumentum hoc habebam, quoniam Cicero, quem constat & Aquilius & Seruij familiarissimum fuisse, quoties usitatam suis temporibus dolim mali definitionem tradit, toties illis solis uerbis utitur: ut in lib. de Offic. I I I. Nondum, inquit, Aquilius collega & familiaris meus, protulerat de dolo malo formulas: in quibus ipsis cum ex eo quærerem, quid esset Dolus malus: respōdebat, Cum esset aliud simulatum, aliud actum, hoc quidem sanè luculenter, ut ab homine perito definiendi. Et paulo post: Dolus autem malus simulatione & dissimulatione (ut ait Aquilius) continetur. Item in Topicis: Si dolus malus est, cum aliud agitur, aliud simulatur, enumerare licet, &c.

Quibus omnibus ex locis patere arbitrabar breuem illam definitionem, Ciceronis temporibus, receptam inter luris consultos, & usitatam fuisse: indeq; probabile esse putabam, Seru. Sulpitium cum de dolo malo tractare institueret, eam tradisse. Alterum argumentum hoc erat, quia si Seruius dixisset dolum malum esse machinationem alterius decipiendi gratia,

70 FRAN. HOTOM. I. C.
sine cauſſa & planè ridiculē à Labeone
reprehenderetur: qui in definitione sua
cum multo plura uerba coaceruaret, ean-
dem tamen ſententiā retineret: ait enim
dolum malū eſſe omnem calliditatem,
fallaciam, machinationem, ad circumue-
niendum, fallendum, decipiendum alte-
rum adhībitā. Ridiculē, inquam, & Ser-
uium Labeo reprehendifſet, & Labeo-
nis definitionē Seruianæ Vlpianus an-
tepoſuifſet: quia uerboſa & exagerata
Labeonis deſcriptio nihil aliud quam il-
la breuis & concinna Seruij definitio cō-
pleteſtitur. Sed uideamus quid contrā di-
ſputetur. Nam ſi hoc tantum Seruius po-
ſuifſet, uera eſſet ipſius definitio: at cum
appendiculam illam Aquilianam addi-
dit, ea quæ recte poſita erant, euertit.
Quid ita quæſor: an quia & ſine simulati-
one potest aliqſ decipi, & ſine decepti-
one ac dolo malo ſimulari aliquid po-
test? Sic enim diſputari uideo: & quidē
cum admiratione. nam ut hoc posterius
ſumamus, poſſe & ſine dolo malo aliud
ſimulari, aliud agi: ueluti cum à meden-
tibus ægri falluntur: quid ad Seruium id
pertinet?

pertinet, qui, ut uulgo creditur, dolū mī
lum definit machinationem decipiendi
caussa factam: quibus uerbis simulatio-
nes non decipiendi caussa factas perspi-
cuē ac dilucide exclusit. ut si q̄s astu quo
dam uel sua, uel aliena tueatur, neq; uia
in ea re alteri iniuriam faciat, perspicue
ab ea dolī mali definitione remotus sit,
quæ ait dolum malum esse machinatio-
nem alterius decipiendi caussā. Decipiē
di enim uerbo capiendi uis subiecta est:
ut is demum deceptus dicatur, cui insi-
dię posite sunt, & quasi retia tensa, &
de-
cipulæ obiectæ, ut imprudens capi, & ir-
retiri possit. Præterea quis ignorat ea
quæ in extrema definitione subiectūt, uel ad rei substantiam non magnopere
pertinere, uel ex antecedentium ratione
& analogia intelligenda esse: ut cum in
definitione furti additum est, Quod le-
ge naturali prohibitum est admittere,
quod ad ea quæ furti naturam attingūt,
& uulgo substātialia definitionis nomi-
natur, non magnopere pertinebat. Nec
igitur quod uir doctissimus scribit, etiā
sine fallacia dolum fieri alijs artib⁹ in-

72 FRAN. HOTOM. I. C.
numeris, ad rem pertinet: quia sine falla-
cia dolus fieri potest, at nō dolus malus;
nos autem dolum malū definiebamus;
neq; quod Labeo dicit posse & sine do-
lo malo aliud agi, aliud simulari: sic uti fa-
ciunt, qui per dissimulationē defendunt
ac tuentur sua uel aliena: ad reprehendē-
dam illam opinatam Seruij definitionē
referri potest: quia dubitatio illa per ad-
iectum uerbum DECIPTE NDI sublata
est, ut facile appareat Labeonem nun-
quam de illa definitione reprehendēda-
cogitasse: sed de illa breui & subtili A-
quiliana duntaxat, ad quam suam omnē
disputationem accommodauit. Iam ue-
rò quod idem vir doctiss. adjicet, fallaciā
esse propriè cum aliud agitur, aliud simu-
latur; non omnem autem fallaciā esse
dolum: quorsum pertineat, equidem ex-
putare non possum, quia si definitio illa
fuit Seruij, & omnis fallacia quæ alterius
decipiendi caussa insituta non est, re-
mouetur, præclare sublata est. neq; ulla
fallacia decipiendi alterius caussa insi-
tui potest, quæ Dolus malus nō sit. Neq;
enim scriptū in definitione est, Dolū ma-
lum

Ium esse machinationem fallendi cauſſa
ſed DECIPENDI. Aliud autem eſſe
fallere aliud decipere etiam Lucretius
Poeta teſtatur, qui (ut ait Donatus) ſcri-
bit ægros à medentibus falli, non tamen
decipi. Quod ſi quis dicat non tantū ex-
trema definitiōis uerba ex ſuperioribus,
ſed etiā hęc ex illis uicissim intelligenda
eſſe, ac propterea Seruij definitionē hāc
fuiffe, quaſi dolus malus tum demum eſ-
ſet, cum adhibita eſt machinatio alteri-
us decipiendi cauſſa, aliud agendo, aliud
ſimulando: id autem falſum eſſe, quia po-
teſt (ut ait Vlpianus), & ſine ſimulatione
aliquis circumueniri: hoc, inquā, ſi quis
dicat, eundem cogitare oportebit, Simu-
landi uerbo Aquilium diſſimulationem
quoq; complexum eſſe: quemadmodū
& res ipsa loquitur, & Cicero aperte ex-
poſuit. poſſe autem aliquem non modò
ſine simulatione, ſed & ſine diſſimulatione
circumueniri: nunquā puto uel La-
beo, uel Vlpianus, uel quiſquam aliud di-
xerit. nam, ut exempla quæ optimus Ac-
curtius prodidit de furto, rapina & iniu-
gia, ſumamus; ſatis conſtat, nullum furtū

sine dissimulatione fieri: eum autem qui eripit, nunquam quisquam dixerit circumvenire: Iniuriam autem certum est aut aperte fieri ac tunc circumventionem non esse: aut simulando uel dissimulando.

Quare neque posse quenquam sine simulatione aut dissimulatione circumveniri: & Labeonis disputatione ad illam solam Aquilianam definitiunculam pertinere, nemo, ut opinor, non uidet. de qua ipsa definitiuncula quod magis magis cogito, eò magis Vlpianum admiror scribere, Labeonem eam reprehendisse: quasi uero uerba Iurisconsultorum in illis ludicris & argutis definitionibus captanda sint: ac non hanc Aquilij mentem atque sententiam fuisse constet, doluum malum esse cù aliud agitur, aliud simulatur alterius fraudandi ac decipiendi gratia.

Quare uideamus ne temere Ciceronis iudicium aspernemur, qui definitionem illam ualde luculentam, & ab homine definiendi perito profectam esse, confirmat. Consimilis autem fuit Vlpiani argutia in Cicerone reprehendendo, qui latitationem, de qua in edicto Praetoris scri-

ptum

ptum erat, dixerat esse turpem occultationem sui. potest enim (inquit Vlpianus) aliquis latitare non turpi de causa : ueluti qui tyranni crudelitatem timet, aut uim hostium, aut domesticas seditiones. Quasi uero turpem illam occultationem fraudandorum creditorum caussa susceptam fuisse uerba edicti non perspicue demonstrent.

Particula N O N duobus Pandectarum in locis restituta. Caput X X.



P V D Vlpianum in l. quite stamento, 20. §. 2, ff. qui test. fac. poss. sic scriptum est: Eum qui lege repetundarū damnatus est, ad testamētum adhiberi posse existimo: quoniam in iudiciū testis esse ueta: particulā N O N deesse arbitror: & sic legendum: Ad testamentum adhiberi nō posse existimo. Argumentū est enim ex comparatione parium: nam si in iudicij s uetur esse testis, etiam in testamen- tis. uel potius ex maiorum : nam si in iudicij s testis esse uetur, ubi magis conue-

conueniebat, propterea quod testes in iudicijs producti iure iurando astringuntur, ab aduersariorum Patronis interrogantur, refelluntur, ac propterea non tantum periculi afferre possunt: multo minus in testamentis conficiendis adhiberi testes debent. Opinor etiam sub eodem tractatu, in l. ad testium, 22. §. 5, negationem deesse ubi sic legitur: Signum autem utrum annulo tantum impressum accipiemus: an uero & si non annulo, uerum alio quodam impresso: uarie enim homines signant. & magis est, ut tantum annulo quis possit signare, dum tamen habeat ~~uagans~~. Videtur enim V T N O N T A N T V M potius corrigendum esse. siue quia posterius hanc addit clausulam, Dum tamen characterem habeat: quoniam omnes annuli signatorij characterem habent: siue quia superius dixit, uarie homines signare: neque annulo tantum, sed & alijs instrumētis ad eā rem uti: siue quia ridiculum est, ubi signū bene & cōmode impressū in cera, aut creta fuit, requirere, utrum annulo alio' ue instrumēto impressum fuērit.

Locus

Locus ex Ciceronis Topicis explicata-
tus. Caput XXI.



O E T I V S locum in Topicis Ciceronis, ubi sic scriptum est: Si ita Fabiae pecunia legata est à uiro, &c. sic interpretatur, quāsi uir testator esset, & eius uxor Fabia uocaretur. Quidam, inquit, omne Fabiae uxori legauit argentum: siquidem Fabia ei non uxor tantum, &c. Ignorauit scilicet uir Dialecticæ peritissimus, uim eius locutionis, quæ apud Iurisconsultos est usitatissimæ. Nam Legare ab aliquo cum dīcimus, aliquid heredē intelligimus: ut non ex hereditatis asse legatum detrahatur, sed ex eius duntaxat parte, qui nominatus est. Vir igitur non testator fuit, sed unus ex heredibus institutis: & Fabia non testatoris uxor (quo nihil obtusius cogitare Boëtius poterat) sed heredis. Forma igitur legati sub cōditione concepta sic est, Valerius heres meus uxori suæ, si mater fam. eius sit, centū dato. Sic enim diserte Cicero testatur, cùm his utitur uerbis: Si ita

ita Fabiæ pecunia legata sit à uiro, SI EA V X O R M A T E R F A M I L I A S E S S E T : si ea in manum viri non conuerterat, nihil debetur. Rectè Cicero: nam si testator legatum non conditionaliter, sed sub demonstratione cōcepisset, hoc modo: Valerius suæ uxori matrifam. cētum dato: quamuis falsa demonstratio fuisset, debitum tamen legatum fuisset: ut notum est omnibus ex l. falsa, 33, l. demonstratio 17, & l. cum tale, 72. §. falsam. ff. de condic. & demonstr. ubi hoc ipsum additur, nisi sub conditione demonstratio posita sit. Sed uideamus, ne si hoc uerum sit, obscurè Cicero scripserit, argumentum hoc à forma sumi: cùm inter omnes constet, rationem qua concludimus id quod sub conditione legatum est, deficiente conditione nō debetri: nō ex forma sumi, sed ex antecedentibus. Considerandum etiā quo iudicio Cicero exemplū argumēti à forma in refellendo posuerit. Cùm enim à forma duci argumentū dicimus, intelligimus nimirū à forma ad genus. Atqui à specie semper genus affirmamus: ut si materf. est, est

est uxor: negare uero qui possumus: nō enim sequit sī materf. nō est, uxorem nō esse. Ex cōtrarijs igitur huiusmodi ducū tur argumenta, non ex forma: cūm ita dicimus, legauit matrif. non igit̄ matronæ. Legauit filiofa. non igit̄ emancipato. Pu beribus liberis, ergo non impuberibus. Quare etiā sī testator in exēplo Cicero nis sic scripsisset, Heres meus uxori suæ matrif. centū dato: & ius hoc esset, ut fal sa demōstratio legatū uitiaret: itaq̄ argu mentari liceret. Si ei nominatim legauit, quę materf. esset, nō legauit ei, quę uxor tantū esset hoc est matronæ: tamē non à specie ad genus esset argumentatio sed potius à specie ad speciē, id est à cōtrarijs Qua de re nunq̄ tā multa uerba fecissē, nīl uiderē Ciceronis auctoritatē perdiū errorem illū in hominū eruditissimorū mentib. aluisse, in quibus etiā esse doctissimum Gruchiū uehementer sum admiratus, cū mīhi hac de re nuper disputanti quidā eius optimum de Dialectica librū ostendit, in quo ita scripsit: Ad refutandum aut̄ locū à specie tum ualebit, quādo generi aliquid non conuenire ob id quod

80 FRAN. HOTOM. I. C.
quod formæ non cōuenit, probabimus; quod quidē tum recte effici potest, quādo generi aliquid per unam speciem ita cōuenit, ut nīsi per illā speciem generi cōueniret, omnino de genere dici non posset. Quale est illud Ciceronis, Cum uxori legat, ei uxori legatur, quæ in manum viri conuenit. Fabia autem non ea est uxor, quæ in manum viri conuenit: nūl igitur uxori Fabiæ legatum est. In hoc argumēto Fabiæ uxori nūl legatum probatur: propterea quod non est in ea specie uxorius Fabia, cui legari solet. Ad hoc etiam genus pertinebit si ita cōcludas, Si homo capax disciplinæ non est, nullum animale est capax disciplinæ: illud autem est, hoc igitur esse nō potest. Sed & cum definitio generis aut formæ res probabit, non minus à genere, aut à specie ducetur argumentum. Hæc doctissimus Gruchius: quæ tum in Dialecticæ præceptionibus, tum in Ciceronis loco interpretando cuiusmodi sint, facile ex ijs quæ superius diximus, licet intelligere. nam quem putat à forma locum esse, perspicuum est à partium enumeratio-

ne

ne potius dicendum: quia parte una per spiculē remota, si altera tollatur, genus integrum remouetur.

Alter ex iisdem Topicis locus explicatus. Cap. XXII.



B S C V R E ' Cicero locū à dī Terentia tractasse in Topicis uidetur, cùm ita scribit: Non sī uxori uir legavit omne argentum quod suum esset, sc̄c circa quę in nominib⁹ fūrunt, legata sunt. Multum enim differt in arca ne possum sit argentum, an in tabulis debeatur. Quo in loco (ut id obiter dicatur) postremum uerbum D E B E A T V R glossam redolet. Sed nunc aliud agimus. neq; enim animaduertere Cicero uidetur, hanc disputationem ad locum à differentia pertinere non posse. siquidem, ut in loco à similitudine, proposita quæstione medium aliquod simile subiecto termino inuestigatur, ut demonstretur, ea inter se conuenire: sic in hoc loco, quærendum medium est subiecto termino dissimile: ut ex eo p̄betur, f quia

quia dissimilia dissimilibus conueniunt, attributum subiecto non conuenire. At Cicero in isto exemplo cum extra terminos propositos medium querere deberet, attributū protulit. Videamus igitur ecquid hæc disputatio ad definitionis locum potius pertineat: quod etiam Vlpianus aperte ostendit in l. quintus, 27. §. 2, & l. scribit, 34. ff. de aur. & argent. leg. ubi sic scribit: Argento omnilegato quod suū esset, sine dubio nō debetur id, quod in credito esset. hoc ideo, quia non uidetur suum esse, quod vindicari non possit. Natur igitur quæstio hæc, An qui suū nomine argentū alicui legavit, etiam debitam sibi pecuniā ei legasse videatur. & afferat mediū ex definitione sic: Suum est, quod vindicari potest. Id quod attributo non conuenit: quia debita pecunia vindicari non potest. Apparet igitur attributū subiecto non conuenire: hoc est, Legatis sui argenti nomine, id quod debetur, non comprehendit. Et profectò ita est, ut hoc locum demū utamur, cū ea secernēda sunt, quæ tanquam similia & consentanea cōfungebantur: quemadmodum ex illo exemplo

Exemplum quod Cicero posterius procul, facile erit intelligi. Non quemadmodum mulieri debeas, recte ipsi mulieri sine tutori auctore soluas: ita quod aut pupillę aut pupillo debeas, recte possis eodem modo soluere: nam questio haec fuit, An ut mulierib. recte soluitur sine tutori auctore, sic etiam pupillis: quae sic exaudienda est, quasi posita sic fuisset: An & mulieribus & pupillis recte sine tutori auctore soluatur: ubi hoc demum ambigitur, An idem illud, nimirum Recte sine tutori soluere: duobus illis, nimirum mulieribus & pupillis, recte attribueretur, quasi similia & consentanea inter se essent. Sumitur autem mediij loco ea differentia, quae est inter mulieres & pupilos: alia est tutelae mulieris, alia pupilli ratio. multo enim plus habet mulier iudicium, quam puer. Et quia medium hoc demonstrat duum illa in subiecto termino non recte coniungi, propterea efficitur attributum terminum ijs duob. conuenire non posse. propter locum communem quo dicimus, Idem duobus dissimilibus conuenire non posse. Videndum igitur in istis argumentis.

tationibus, ut ea duo quę differentia esse dicimus, in minore quæstionis termino quasi consentanea coniungantur. ueluti si quis dicat, Non ut animi, sic etiā corporis uoluptas expetenda est: quæstio hæc erit, An & animi & corporis uoluptas expetenda sit. Quod ab ijs qui Dialectica precepta tradiderunt, demonstratum non esse, uehementer equidem sum admiratus.

Alter locus ex eodem Topicorum libro explicatus. Caput

X X I I .



V B E S T etiam aliquid scrupuli in exemplo, quod idē auctor adscribit loco ab antecedentibus. Si uiri culpa, inquit, factum est diuortium, et si mulier nuntiū remisit, tamē pro liberis manere nihil oportet. Videntū est enim, ecquid ad locum à differentibus hoc exemplum potius pertineat: hoc modo: Non si mulier nuntium remisit, continuò diuortij culpari sustinet. aliud est enim nuntiū mittere, aliud diuortij culpam sustinere.

Quod

Quod uel hinc licet intelligatur, quia si nulla missi nuntij mentio fieret, argumētū ex caussa uel posita, uel sublata perspicue duceretur. Ex caussa posita ueluti si mulieris culpa diuortium factum est, pars dotis retineatur. Caussa enim illius retentionis efficiens est culpa mulieris. quemadmodū cuiusvis alterius multæ, aliquid delictum. Ex sublata ueluti, Si non mulieris, sed uiri culpa factum est diuortium, nihil ex dote retainendum est. hoc enim perinde est, ac si quis dicat, si furtum fecit, multetur quadruplo: si non fecit, non multetur. At quoniam firmamentum in caussæ constitutione subjicitur à uiro, quod Cicero his uerbis profert, E T S I M V L I E R N V N T I V M R E M I S E R I T : propterea & argumentationis ratio mutatur, & aliunde medius terminus depromitur. quod ex caussæ cōstitutione facilius intelliget. Lex est, Cum mulieris culpa diuortium fiet, pars eius dotis retineatur. Cum Titius male & acerbè uxorem tractasset, illa nuntiū ei remisit, & simul integrum dotem repetit. Ille partem dotis detrahere uolebat,

quasi culpa uxoris diuortium cōtingisset,
Intentio mulieris, Culpa viri qui male uxorem
tractauit, diuortium factum est.
D. Imo mulieris. Q. Vtrius culpa sit. R.
Quia eius culpa diuortium fit, qui nuntiū
remisit. F. Imo eius qui nuntiū mittē
di caussam præbuit. Disceptatio ex scri-
pti ambiguitate & definitione nascitur;
Quid sit diuortij culpā sustinere? Id est,
an culpa eius diuortiū fiat, non qui nun-
tiū misit, sed qui mittēndi caussam de-
dit. & respondetur, Sustinere caussam di-
uortij esse, ius ac sanctitatem matrimo-
nij violare. Propterea autem ex definiti-
one hęc nascitur controvērsia, quia cū
in argumento ex differētibus adiectum
hoc fuisset, Aliud est enim caussā diuor-
tij sustinere, aliud nuntiū mittere: defi-
nitione explicanda fuit ea pars quę ob-
scurior uidebatur. Atq; hęc quidem de
loco ab antecedentib; dicta sint. Exem-
plum aut̄ in sequentis loci, qui est à con-
sequētibus, Boëtius imperitè sumptū
putat, & non à consequētibus, sed ab
antecedentibus esse ductum, hoc mo-
do: Si mulier cum fuisset nupta cum eo
cui

qui connubij ius non esset, nuntium remisit: quoniam qui nati sunt, patrem non sequuntur, pro liberis manere nihil oportet. Existimat enim Boëtius, Antecedēs esse, nuptias cum eo cum quo connubium non erat: Consequens, Nihil pro liberis detrahi, cum tamen paucio antē dixerit, illud esse subiectum, hoc prædicatum, quod in Boëtio, quem summū Dia lecticum suisse constat, uehementer miror. nam Cicero medium ex consequentib. perspicue sumit, ex eo quod nati patrem non sequantur. hoc modo: Si quid pro liberis retinendum est, liberi patrem sequuntur: At nati ex ista coniunctione patrem non sequuntur. Ergo nihil retinendum est. Apertius tamen Cicero exemplum ita proposuisset: Si quid pro natis retinendum est, fuit diuortium. si fuit diuortium, etiam matrimonium.

At matrimonium non fuit.

quare nihil retinendum est.

§ 8 FRANC. HOTOM. I. C.
*Declaratum alterum exemplum argu-
menti ex causis efficientibus ducti.*

Caput XXXIII.



ON puto ullum esse in Topi-
cis Ciceronis acutius argumē-
tū, quām illud quod ex cau-
sis efficientibus protulit: cum
nam nullū sit æquē imperitē uel à Boë-
tio, uel à cæteris interpretibus explicatū,
nam illud, Omnibus est ius parietē
directum ad parietem communem adiū-
gere, uel solidum uel fornicatum: sic in-
telligunt quasi hæc postrema V E L S O
L I D V M, &c. ad parietem communem
referenda sint: cum apertè ratio quæsti-
onis ostendat, ad directum parietē perti-
nere. Est autem paries directus, qui ex e-
pli caussa communem sic attingit, ut in li-
tera T deorsum pendens linea transuer-
sam superiorem attingit. Quæritur ergo
an qui communem parietem demolitus
est, uitium adiuncti fornicis prestare de-
beat: & medium assertur ex caussa illius
ruinæ, siue uitij parietis fornicati: quæ
quia ab eo q̄ demolitus est abesse, in eo
uero

Verò qui sic ædificauit, ut suspendi ædificiū non posset, inesse probatur: cōcluditur illum qui demolitus est præstare dānum non deberē. Quod tamen non melius intelligi poterit, quām si in caussæ constitutione utriusq; inter se rationem comparemus. Cum igitur Octavius ad parietem inter se & Nonium communē forniciatum parietem pro suo lute adiunxit, Nonius autem vicinus aliquid ædificatorus parietem communem demoliri uellet, damni infecti nomine promisit: id est, promisit, se dānum, si quod opus illud suum, nimirum demolitio, faceret, præstaturum. Euerso pariete cōmuni forniciatus qui suspendi non poterat, corruīt. Agit Octavius. Intentio, Opus tuū mihi dānum hoc fecit. D. Imò tuū. Q. Utrius opus dānum fecerit. R. Quia nisi forniciatum parietem fecisses, quamvis communem parietem demolitus essem, tamen ille non corruisset. F. At nisi tu parietem demolitus essem, meus non corruisset. quam responsionē propterea infirmā esse uidemus, quia cum utrincq; dici hoc possit, Nisi tu istud fecisses, hoc

90 FRANC. HOTOM. I. C.
non accidisset: ac proinde alter in alterum
caussam sine qua non transferat: tamen
plus in priore est, quam in posteriore. ad
iectum est enim, Quamuis hoc fecisset.
Quod ab altero referri non potest. Atque
hinc nimis intelligitur, cum in duobus
factis inesse videtur caussa sine qua non,
tamen id potius & praestabilius haberet,
quod nisi fuisset, quamvis alterum fuisset,
tamen factares non esset. Deinde nam
tam ab effidente causa, quam ab ea que
sine qua non appellatur, hoc argumentum
esse ductum. Multo uero illustrior causa
se constitutio in contrarijs definitionibus
poneretur: quippe cum etiam illa superior
ad hoc caput referenda sit, nam cum
Octavius definierit, Facere damnum esse
id facere, sine quo damnum illud non ac-
cidisset: Nonius contra defendet, Imo uero
facere damnum, esse id facere, sine quo
uel solo, uel praecipuo, damnum non ac-
cidisset. nam se quidem id fecisse sine quo
fornix non corruisset, ueruntamen neque
solum, neque praecipue. Atque haec quidem
ita se habent. Quod autem Cicero scri-
bit, omnibus esse ius adiungere fornicem
ad

ad parietem communem, ita uerum esse arbitror, dummodo ille hoc non nitatur propter l. quidā, 12. ff. de seruit. urb. quam Paulus in l. fistulam 8, sub eod. tit. Luxta cōmunem parietem, inquit, came-
ram ex figlino opere factā, si iūia retineat-
ur, ut etiā sublato pariete maneat, si mo-
dō non impedit refactionem commu-
nis parietis iure habere licet. Exemplum
autem in sequentis loci ab effecti nō sa-
tis commode a Cicerone posatum fuisse,
& Boëtius & alij tradiderunt: atq; ad lo-
cum à capillis potius pertinere, quod sa-
nè uerissimū arbitror: nisi forte syllogis-
mum integrum ponamus: hoc modo,
Cum mulier viro in manū conuenit, om-
nia quae mulieris fuerunt viri fiunt dotis
nomine. Omnia autem viri facta sunt. In
manum igitur conuenerat.

De loco ex comparatione. Cap-

put XXV.



N S E Q U E N T E M locum,
qui ex comparatione est, Ci-
cero sic tractat, ut facile mihi
persuadeā, eos omnes quos
habe-

92 FRAN. HOTOM. I. C.
habemus Topicorum libros corruptos
esse.nam in tradenda propositione ma-
xima eius loci, qui est ex comparatione
majoris, exemplum ei regule quod pro-
posuit plane contrarium profert: his uer-
bis, Quod in re maiore ualeat, ualeat in
minore.ut si in urbe fines non reguntur,
neq; in urbe aqua arceatur. Placet igitur
eorum sententia, qui duas in illa præce-
ptione maxima, negationes deesse pu-
tant:ut locus sic legatur, Quod in re ma-
iore nō ualeat, non ualeat in minore: quo
niam, ut ex libro Aristotelis Topicorū
tertio cognoscitur, argumentum quod
ex maiore ducitur, tantum ad refellendū
ualeat, & maius id dicitur, quod magis p=
babile & consentaneum est. ueluti si de
quopiam queratur, an Ecclesiam admi-
nistrale possit, medium sumemus ex eo
quod probabilius est in illum conueni-
re:nimirū familiam administrare. quod
si in illum nō conueniat, alterum minus
conuenire rationabimur:ut facile appa-
reat,nō ex minore illam esse Pauli dispu-
tationē,sed potius ex maiore:neq; Quin
cilians auctoritatem in hoc discipline ge-
nere

nere magnopere sequendam esse. Quod autem Cicero de ædium usucapiōe subiungit, iampridē mendosum esse docuimus: & pro BIENNIVM reponendum esse BIENNIS: ut sit sensus, Quoniam biennis usus ædium, id est possessio ædiū per bienniū cōtinuata, est auctoritas fundi: hoc est iusta & legitima caussa retinēdi dominij fundi: sit etiam ædiū: quæ tametsi fundi appellatione nō cōtineant, sed prēdī, tamen q̄a sunt res immobilis, perinde ut fundus, eodem iure cēsendae sunt. Legem aut̄ XII tabul. his ferē conscriptam fuisse uerbis, docuimus: V S V S AVCTORITAS FVNDI, BIENNIS ESTO. CAETERARVM RERVM, ANNVS ESTO.

De exemplo eius argumentationis quæ artis est expers. Cap. XXVI.

 ORRVPTVM etiā insequenter locum arbitror, ubi Cicero sic scribit: Quoniam P. Sc̄g uola id solum esse ambitus ædium dixerit, quod parietis communis regendi caussa rectum prōceretur, ex quo

¶ 4 FRANC. HOTOM. I. c:
quo in tectum eius ædis qui protexisset,
aqua deflueret, id tibi ius uideri. Nam &
QVOD pro QVOD reponendū esse,
& posteriorem uocem TECTVM tol-
lendam, facile qui loci sententiam attene-
det, intelligere poterit. Lex enim XII
Tab. sestertium pedem inter priuatorū
ædificia relinqui, eumq; ædium ambitū
esse iussit: quemadmodum ex Varrone,
Festo, & Volusio Mæriano, in XII tabu-
larum commentario docuimus. Est autē
pes sestertius, spatium duorum pedum
& semissis: quod propter incendia consti-
tutum fuisse, nemo ignorat. At si ædes co-
tinentes sint, quia paries communis est;
neq; quicq; spatij interiectum est, queri-
tur quis sit earum ambitus? P. Scaeuola
Iurisconsultus respondit, id duntaxat es-
se ambitus ædium, quo ad uterq; vicinus
communem parietem protexerit: unde
diuortium aquarum fiat, & in cuiuscq; il-
lorum ædes aqua pluvia defluat: nimis ut
dimidia parietis pars ad unum, altera
ad alterum pertineat: & linea communē
parietem æquabiliter secans, ambitum
ædiū utrinq; designet. neq; enim uicinad
in

In communem parietem integrū tectū, aliud ue quid quod ei incumbat, licet immittere. I. quidam, 12, & alibi. ff. de seruit. urb. præd. Itaq; in communi pariete ædificādo hodie moris est, ut si tenuis sit, accliuis utrinq; fiat: sin aliquid tecti imponatur, tectum quoq; in utranc; partem propendeat, ut aqua pluvia æquabiliter in utrūsc; ædes defluat. Boëtius aut uōtem SOLVM, quam aduerbiū esse apparet, & pro solummodo, uel duntaxat, usurpari: putauit nomē esse pro terra possum: & quæstionem hanc fuisse, An ius esset communem parietem tegere: Scæuolam autem respondisse, Ita ius esse, ut in eius qui tegat aliud quodlibet tectum stillicidij aqua fundatur.

Emendata lex periculi, quomodo Florentiae impressa est. ff. de naut. fœn.

Cap. XXVII.



C A E V O L A in l. s. ff. de
naut. fœn. sic scribit: Pericu-
li pretium est, & si conditio
ne quamvis pœnali non exi-
stente, recepturus sis quod
dede-

96 FRAN. HOTOM. I. C.
dederis, & insuper aliquid præter pecuniam; si modo in aleæ speciem nō cadat. ueluti ea ex quibus conditiones nasci solet. ut S.I. MAN V. MITT A.S., S.I. N.O.N. I L L V D. F A C I A S., S.I. N.O.N. C O N V A L V E R O. & cet. nec dubitabis si pescatori erogaturo in apparatus, plurimum pecunie si cepisset, redderet, athesletæ, unde se exhiberet exerceretur: ut si uicisset, redderet. In his autem omnibus & pactum sine stipulatione ad augendā obligationem prodest. Huius legis cuius scripturā ex Florentinis librīs editam in interpretando sequemur, hoc argumentum esse uidetur. Qui pecuniam mutuo dat, & pactū adjicit, ut si quid debitor eius ope consequatur (quae spes tamen in fortuna sāpe posita est) ei sua pecunia cum accessione aliqua reddat, sin minus tota sibi pereat: potest quamvis magnā accessiōis legem imponere, nec eius modum ad usurarum rationem debet exigere. Nunc quæ reliqua sunt videamus.

Ait: Etsi conditione. Id est, non solū in nauicō fœnore, & pecunia traiectitia: sed & in

& in hac specie Si conditione, &c.

Quamvis pœnali non existente.) Q V A M V I S
rectè: ut sit sensus, Quātūis magna pœ
na sit, non autem centesima aut grauior
usura, nonnulli tamen libri Q V A V I S, à
quib. dissentio, sed quod sequitur N O N
existente, non intelligo, putoq; negatio
nem tollendam: quum inferat, Et quod
datum est reddi, & insuper aliquid præ
ter pecuniam. Itaq; paulò post committi
conditionem significat, quum ait, S I
C E P I S S E T : & S I V I C I S S E T . Nam
hæc caussa est, Dedi Titio piscatori de
cem in apparatus: ea cōditione, ut si ni
hil ceperit, pecuniam amittam: sin præ
dam fecerit, cum mihi meam pecuniam
reddat, tum insuper prædæ suæ partē di
midiam, aut quindecim. Quare nisi com
missa existēteq; cōditione mihi debebit.

Ait: Si modo in aleæ speciem,) Sic Haloander.
Nonnulli codices A L I A M , quod sine
dubio rectum est. Differētiā enim in
ter hunc contractum & fillos qui inno
minati appellant, ostendit, nam contra
ctus Do ut facias, ουνάλαγμα est: atq; ul
tro citroq; obligationem parit. Hic obli

g gatio

98 FRAN. HOTOM. I. C.
gatio non reciprocatur: sed una tantum
ex parte concipitur. Ex illo condicō
caussā dati nascitur, si dedi ego, tu nolis
facere. Ex hoc, nisi pīscator apparet, Cer-
ti condicō, quæ est actio ex mutuo in
x: & si pīscatus quid sit, similiter condi-
cō in x v. Itaqꝫ statim infert,

Ait: Ex quib. conditiones nascuntur.) ubi CON-
DICTIONES nō dubito quin sit repon-
endum, ut apud Tryphonium l. 76. ff.
de iure dot. ubi de hac ipsa conditione,
SI NON CONVALVERO loquēs,
Sed si conualuerit, inquit, cur ei non re-
mittatur obligatio per conditionem.
Item apud Vlpian. l. 4. ff. de donat. inter-
uir. Quia siue conualuerit donator con-
ditione tenebor: &c.

Ait: In his enim omnibus & pactum.) Omnes,
inquit, istiusmodi contractus, sunt con-
tractus mutui: sed pacto conditi & am-
plificati: nam reuera credit̄ pecunia, sed
postea pactum ad̄jicitur: quod quia iu-
ris gentium est, sine stipulatione obliga-
tionem auget. ex quo quæ inter eum cō-
tractum & fœnus differentia sit, facile in-
tellectu est, nam fœnus quidem est mu-
tuum,

tuum. sed præter mutuum, adiicitur pactum quod, nisi stipulatione confirmetur, non ualeat. Hic pactum sua uia obligacionem auget, quia iuris gentium est: ut l. 7, i. eod. nec uerbis pluribus res indiget.

*Indicatum uitium in principio libri pri-
mi de Oratore, quod sententiam pulcher-
rimam turpiter usque adhuc ob-
scurauit. Caput*

XXVIII.



AEPENVMERO admirari soleo uictiū illud, quod initio libri de Oratore primi pulcherrimam sententiā obscurat, à nemine correctum esse. Itaq; cùm ante annos septem illud animaduerterim, opera & pretiū me facturum putauī, si hoc tempore illud studiosis indicarem, & insignem eius loci sententiam breuiter explicarem. Locus autē sic scriptus est: Ac fuit tempus illud, cùm mihi quoq; initium requiesce di, atq; animum ad utriusq; nostrum preclarā studia referendi, fore iustū, & pro-

g. 2 peab.

pe ab omnibus concessum esse, arbitra-
reri si infinitus forensium rerum labor, &
ambitionis occupatio, decursu honorū,
et iā ætatis flexu cōstitisset. Corrigendū
enīm V T A M B I T I O N I S, nemo, ut
spero, qui nostram interpretationem au-
dierit, dubitabit. Sumptam enīm cōstat
esse translationem ex circo maximo, u-
bi cūm à carcerib. ad calcem decursum
esset, sustineri equilenter, & bigæ aut
quadrigæ inflecti solebant, ut eo loco cō-
sisterent. Itaq; in prima Tusculana sic lo-
quitur: Nunc uideo calcem: ad quē cum
sit decursum, nihil præterea sit extime-
scendum. Item in Catone Maiore, Nec
uerò uelim quasi decurso spatio à calce
ad carceres reuocari. Cōparat igitur Ci-
cero studium suum in honoribus peten-
dis, adipiscendis, obtinendis, spatio atq;
curriculo círci maximí: & quia Questu-
ra, Aedilitate, Prætura, tandem etiā Con-
sulatu qui summus erat magistratus per
functus erat, scribit ambitionem suā iam
ad metas peruenisse: neq; quicquam lon-
gius esse quo progredi possit. Et sensus
est apertissimus requiescendi initium iu-
stum

stum futurum fuisse, si quemadmodum ambitionis & petendorum magistratus occupatio decursu honorum: sic etiam infinitus forensium rerum labor ætatis ingrauescentis flexu constitisset.

Discendi corrupte pro Dicendi tribus in locis apud Ciceronem scriptum esse.

Caput XXIX.

 E M I N I me multis in locis apud Ciceronem, uocem D I C E N D I animaduertisse positam esse pro D I S C E N D I . sed in præsentia tres tantum occurunt, de quibus neminem dubitaturum arbitror. Primus est in Oratione pro C Rabirio Posthumo: pag. 138: Manut. lib. ubi sic scriptum est, Erat enim hæc consuetudo nota nobis quidē omnibus, sed, si usus magister est optimus, mihi debet esse notissima. accusavi de pecunijs repetundis, iudex sedi, Prætor quæsiui, defendi plurimos. nulla pars quæ aliquam facultatem dicendi afferre posset, non mea fuit. Quo in loco D I S C E N D I restituendum esse, loci sen-

102 FRAN. HOTOM. I. C.
tentia manifesto declarat: quam huius-
modi esse constat: Obiui omnia munera
quæ ad discendum legis Iuliæ de repetū
dis usum adiumentū afferre possunt. Di-
cendi autem facultas ea est, quam Græci
διάνωση appellant, de qua nulla illo in la-
co suspicio est. Præterea neq; Quæsitoris,
neq; Iudicis partes quicquam ad dicen-
dum adiumenti afferunt. Alter locus est
in libro De Oratore l. pag. 7: ubi uulgo
sic legitur: Post autem, auditis Oratori-
bus Græcis, cognitisq; eorum literis, ad
hibitisq; doctoribus, incredibili quodā
nostrī homines dicendi studio flagraue-
runt. Vbi D I S C E N D I uerbum multo
aptius & cōcinnius fore, facile ut spēro,
quiuis uel me tacente intelligit. quemad
modum in illo quoque altero eiusdem li-
bri pag. 16: Quibus etiam si ingenium, ut
tu putas, non maximè defuit, doctrina
certe, & otium; & hercule etiam studi-
um illud dicendi acerrimum defuit. L-
tem in illo pagin. 18: quem tamen video
nunc à Manutio correctum esse: Id si est
difficile nobis, qui antequam ad dicen-
dum ingressi sumus, obruimur ambitio-
ne &

OBSERVAT. LIB. I. 103
ne & foro. Recte enim & cōmode Ma-
nutius impressit DISCENDVM.

Alia duo menda ex eodem libro de O-
ratore primo sublata. Ca-
put XXX.



NNI sunt, ut opinor septē,
cum, vir quidā clarissimus,
& optimus, animi relaxan-
di causa mecum interdum
de libris Ciceronis Orato-
riis communicare solebat. Memini aut̄,
cūm prīmū de Oratore forte tum in ma-
nibus haberemus, eum mihi duo menda
indicasse, quæ ingeniosissimè & ut mihi
semper uisum est, prudentissimè corri-
bat. Prius est pag. 17: eo in loco, ubi An-
tonius Menedemī & Carneadis dispu-
tationem commemorans, ita loquitur: Di-
sputabat cōtrà Menedemus hospes me-
us, qui, cūm diceret esse quandam pru-
dentiam quæ uersaretur in perspicie dis-
rationibus constituendarum & regen-
darum rerum publicarum: excitabatur
homo promptus ab homine abundantī
doctrina & quadam incredibili uarieta-

g 4 tere-

104 FRAN. HOTOM. I. C.
tererū & copia, nam pro EXCITABA-
TVR uir doctissimus legendum existi-
mabat EXCIPIEBAT TVR. eo sensu qui
mihi magnopere semper arrisit: Mene-
demum enim promptum hominem ap-
pellat, pro disertum & ad dicendum pa-
ratum, quippe quem paulo antē disertū
esse dixerat, & in Repub. cauſſisq; uerſa-
tum. Verum etſi incredibili dicendi fa-
cultate & copia prædictus esſet: tamē re-
pente excipiebatur à Carneade homine
abundante doctrina & summa artiū om-
niū eruditione. Alterum mendū eius-
dem omnino generis es, pag. 7. de quo
tamē nondum ita confirmare possum,
tametsi sententiam paulo cōcinniorem
esse arbitrer. Ergo ubi sic legitur: Excita-
bat eos magnitudo & uarietas multi-
tudoq; in omni genere cauſſarum, &c.
uocem EXCIPIEBAT reponendam
arbitrabatur, quæ quām aptē cum supe-
rioribus conueniat, studiosi ex
ipsa lectione cogno-
ſcent.

Cauſſe

*Causæ Rabirianæ, de perduellionis crimi-
ne, constitutio : ex Oratione Cicero-
nis pro C. Rabirio. Cap.*

XXXI.



ABIRIANAE causæ con-
stitutionem conati quidē
sumus antea expone : se-
cuti Dionis auctoritatem,
à quo historiam illam ue-
rè expositam putabamus. nunc re atten-
tius perspecta & cognita, experiemur
ecquid commodius isto modo explica-
ri possit. Caio igitur Mario, L. Valerio
Coss. L. Appuleius Saturninus Tribu-
bunus pl. legem agrariam, quam Grac-
chi perferre nunquam potuerant, adiu-
tore C. Mario Consule, nobilitatis inimi-
co, tanta contentione retulit, ut Senatū
in legis uerba iurare coegerit: Quintoq;
Metello principi ciuitatis uiro, iurare re-
cusanti aqua & igni interdixerit. Quib.
de caussis oborta seditione, Senatus con-
sultum extremæ necessitatis factum est,
quo infinita Consulibus potestas daba-
tur: Viderent Coss. ne quid detrimenti

g s Respub.

Resp. caperet. Ex eo S.C. Cōsules (nām
Marius quoq; sese ad honorū partes re-
tulerat) exercitum pararunt. Cum in fo-
ro utrinq; instructæ acies essent, pulsus
Saturninus in Capitolum profugit. ubi
cūm abruptis fistulis aquæ penuria pre-
meretur, à Senatu per legatos fidem pu-
blicam postulauit. Consul Marius dedit,
sed sine Senatus consulo. Ea fide addu-
ctus in curiam cum ducibus factionis, in
his T. Labieno, uenit. ibi q; fustibus & sa-
xis à populo trucidatus, & in ipsa morte
laceratus est. Anno pōst sexto & trigesi-
mo, M. Tullio, C. Antonio cōss. T. La-
bienus Tribunus pleb. cuius patruus u-
nā cum Saturnino interfectus fuerat, im-
pulsore (ut Suetonius testatur) Iulio Cæ-
sare, diem ad populum C. Rabirio Equi-
ti R. dixit, eumq; perduellionis accusa-
uit. quod princeps in Saturnino interfici-
endo fuisset: contra fidem à Cōsule Ma-
rio datam. Est autem Perduellio summū
imminutæ maiestatis crimen. Erant por-
to Tribuni sacrosancti: & qui eorū cor-
pora uiolasset, perduellionem admitte-
bat. Tanta autem cōtentione Labienus
est

est usus, ut inuidiæ augendæ caussa, Saturnini sanguinolenti imaginem in rostra, atq; in concionem deportarit, ibiç apud populum explicarit. Fuit aut antiquæ cōsuetudinēs, ut Duumiūri data opera, qui de perduellione quærerent, à populo crearentur. Creati sunt Iulius & L. Cæsares: Rabiriumq; dānarunt. Nam natus, populū appellauit. Comitia Centuriata in campo Martio habita sunt: ubi Consul Cicero C. Rabirium defendit duabus de cauſis, quōd Consulū in imperio qui ad arma uocarant, Senatus & omnium principum ciuitatis exemplū atq; auctoritatē secutus, paruisse: & q; C. Marius quamvis Consul, tamen sine Senatus consulo fidem publicā dare. Saturnino non potuisse. De quo tamen mirari s̄epe soleo: Consulem, cui per S. C. extremæ necessitatis, Resp. permissa est, fidem tamen sine S. C. dare non posse. Caussæ igitur cōstitutio hæc erit. Lex est, Qui fidem uiolarit, perduellio iudicator. Intentio Labieni, Fidem publicā uiolaſti. D. non uiolaui. Q. an uiolarit, R. quia fides publica est, quam Consul dedit:

dedit: præsertim is cui per S. C. extremæ necessitatis, Respu. permissa est. F. Imò fides publica est, quam Senatus certo S. C. data opera facto, dedit. neq; enim Cō sul dandæ publicæ fidei, sine certo S. C. potestatē habet. Disceptatio ex scripti ambiguitate nascitur: An fides publica nō dicatur, nisi quæ à Senatu certo S. C. data est: quamuis Senatus uniuersam Rempub. Consuli permiserit.

An patre absente uindiciæ filiæ fam. secundum libertatem dari possint: et ea de re Liuij locus insigniter explicatus. Cap.

XXXII.



O C V S est apud Liuum in libro secundo ubi de Virginiae puellæ uindicij cōmemorat, ualde obscurus. sed eius partem in Actionibus nostris exposuimus: alteram partē adhibito Hermagoreo artificio hoc loco explicare conabimur. Lex est, Si de libertate agetur, uindicia secundum eam decer-

decernantur. Puella Virginia quæ in po-
testate patris absentis erat, in seruitutem
petebat. Cum assertores vindicias secun-
dū libertatē postularēt, aduersarij cōtra-
dicerent, caussa ita constituta est. Inten-
tio, Vindicię secundū libertatem decer-
nendæ sunt. D. Non sunt. Q. An sint. R.
Quia nemo idoneus auctor existit, cui
addicantur. nam si sui iuris puella esset,
& tutores adessent, ijs decernerentur: da-
rētur etiā patri si adesset, atq; defenderet.
At nemo pro ea quæ in patris manu est,
iustus est auctor præter patrem. F. At lex
indefinitè scripta est, neq; inter filiamfa.
aut matremfa. distinguit. D. An lex ita
demum vindicias secundum libertatem
decerni iubeat, Si quis idoneus auctor
existat, cui addicantur. Hoc enim Appij
verba satis alioq; obscura significare ui-
detur. In his, inquit, quæ afferantur in li-
bertatem, quia quiuis lege agere possit,
id iuris esse: in ea quæ in patris manu sit,
neminem esse alium cui dominus pos-
sessione cedat. Quasi diceret, Filiæfa. nō
afferuntur in libertatem, sed petuntur fi-
liae. l. i, De rei uind. Præterea non quiuis
potest

110. FRAN. HOTOM. I. C.
potest legē agere pro filia famili. sed so-
lus pater. Is autem abest, quare nemo e-
xistit, cui uindiciæ secundum libertatem
attribuantur. quod ne cui absurdius ui-
deatur, Vlpiani locum adscribam ex L.
Pomponius. 40. ff. de procur. ubi sic ait,
Pomponius scribit nō omnes actiones
per procuratores posse quem instituere
deniq; ut liberi, qui in potestate absentis
dicuntur, ducantur: interdictū nō posse
desiderare ait, nisi, ut Julianus ait, cauſa
cognita: id est, si & nominatim ei manda-
tum sit, & pater ualeſudine, uel alia iusta
cauſa impediatur.

*Emendata l. sexta. ff. quemad. fer-
uit. amitt. Caput*

XXXIII.



P V D Celsum in §. 1. l. 6. ff.
quemad. feruit. amitt. ubi sic
scriptum est, S E D S E M I S
F V N D V S Q V I S E R-
V I E R I T, I T A D I V I S V S E S T:
neminem esse arbitror qui si locum inte-
grum attenderit: non uideat pro I T A,
uel V I A uel potius S E M I T A legēdum
esse.

esse. Disputat enim Iurisconsultus de eo fundo qui cum duorum esset, uni alicui seruitutem deberet: & distinctionē adhibendam esse ostendit, utrū is fundus regionib. sit diuisus, an uia: rursus si uia diuisus est, utrum per longitudinem fundi an per latitudinem ea producta sit. Itaq; cū uiae nomen sāpe postea usurpat, tum etiam ad extremum uerbum SEMITA posuit. à quo partem dimidiam scriptori excidisse probabile est, cum plerunq; accidat, ut eiusmodi peccata à librarijs minus ad negotium suum attentis committantur: cuiusmodi est illud quod mihi iam in mentem uenit ex libro Ciceronis de Oratore primo: pag. 18: ubi cùm Antonius Carneadis cum Menedemo disputationem multis uerbis exposuisset, tandem illam eandem Carneadis orationem persequens, ita loquitur: Quibus dicere Carneades solebat, Ingenium tuum Crasse uehementer admirans, me sibi perfacile in audiendo, te perpugnacem in disputando esse uisum. Nam ADICERE legendum esse, non facile quisq; qui paginam illam integrā perlegerit, dubitabit.

Videri

Videri particulam N O N, duobus in locis Pandectarum temere prætermissam esse. Caput

XXXIII.



N l. domum, 57. ff. de cont.
empt. ubi sic legit, Ut si quic-
dem amplior domus pars ex-
usta est, non compellatur
emotor perficere emptionem:
Haloander restituit, Non tantum com-
pellat. Quod cum ab illo rectissime ad-
ditum sit, sententiā tamē optimā euertit,
nisi altera item particula N O N interpo-
natur: & locus sic legatur, Non tantum
non compellatur emotor perficere em-
ptionem, sed etiam quod forte solutū ab
eo est, repeat. Et eodem modo Negati-
onem restituendam arbitror in l. qui ne-
gotia, 34. ff. mandat. ubi responsi exitus
principio perspicue aduersatur. Cum e-
mim ex nuda pactione, neq; credi pecu-
niā, neq; usuras deberi Africanus supe-
rius dixisset, id quod ex l. lecta. ff. si cert.
pet. & alijs compluribus uerissimum es-
se constat; tamen ita responsum definit,
quasi

quasi usuras ex nuda procuratoris epistola deberi statuat. Legendum igitur P R A E S T A R E N O N D E B E A T : & Africani responsum ostendit, & proxime positum ex similibus argumentum: ubi Vlpiani sententiæ aduersatus, statuerat eum cui argentum uendendum datū est, ut pecunia redacta uteretur, pecunia quidem redactæ periculū præstare: non tamen certi condictione, sed potius præscriptis uerbis actione obligatum esse. ut in l. rogasti, 19. ff. de præscript. uerb. Similiter enim procuratore hunc statuit ita mandati actione obligatum esse, ut quamvis pecuniæ periculum præstet, usuras tamen neq; adhibita stipulatione, neq; pacto, bonæ fidei contractui permixto, promissas non debeat.

Est tanti, locutio antiqua quomodo apud Ciceronem intelligenda sit. Caput XXXV.



X T A N T Commentarij in Catilinarias uiri cuiusdam eruditissimi, in quib. animaduerto me tam sine causa (ut h nihil

nihil nunc acerbius dicat) reprehensum esse, ut me etiam pudeat illius reprehensionem hoc loco commemorare: sed me nonnullorum cogit amentia id nunc facere, quod semper antea neglexerā: qui quia nihil adhuc respondi, silentium meum pro confessione interpretantur. Agitur autem de loco Verrinæ sextæ, ubi sic scriptum est: Metuisti, ne æs alienum tibi cresceret, si h-s vi millibus iō tibi constarent ea, quæ tu facile posses uēdere h-s c c millibus: fuit tanti: mihi credere haberes quod defenderes. Quem locum pagina meorum Comment. 283, sic sum interpretatus: Fuit, tanti mihi crede: Id referre scilicet. Id est, Tantum tibi profuisset: vel, Hoc tibi profuisset, quod eo pacto defensionem tibi comparasses. nisi forte tale aliquid aut deest, aut subaudiendum est. Si mehercule hæc duo uerba scribi iussisses, Fuit tanti, mihi crede, haberes quod defenderes. Quibus ex uerbis facile quisvis intelligit, me duplarem eius loci interpretationem edidisse: utrusque autem iudicium lectoribus relinquisse quod etiam Asconium & Donatum,

tum, & alios ueteres facere solitos, ne-
mo ignorat. At uir eruditus qui reprehē-
dere cuperet, priorem meam interpreta-
tionem tacet, eamq; approbat, & pro sua
eleganter sumit. Deinde quasi solam po-
steriorē posuisse, sic scribit: Nam quod
Hotomanus in illo loco Fuit tanti , tale
aliquid aut deesse , aut subaudiendū esse
putat: Si me hercule &c. neminem puto
esse, qui non uideat, quantopere hoc fal-
sum & absurdum sit. Quia in reprehensi-
one, quantū pudori suo consuluerit, quia
uis uel me tacente facile perspicit. Ut al-
terum locū taceam, quem cum unā cum
isto coniunxerim, humanitatis erat, eius
quoq; interpretationem duplīcem à me
traditam existimare. Verum ut meam
quoq; de isto ipso Catilinarię Orationis
loco sententiam exponā, quem idem do-
ctissimus interpres ibidem castigādum
putat, equidem dum antiquorum libro-
rum auctoritate conuincar, usitatam le-
ctionem cōprobabo , quam omnes mei
& manuscripti & impressi libri confir-
māt: Sed nō est mihi tanti, dūmodo ista
tua priuata sit calamitas . Sēsus enim est

& optimus & integerrimus: Video quā
ta inuidiæ tempestas nobis in posterum
impendeat, Si Catilina mea uoce perter-
ritus in exilium abierit, sed quod ad me
attinet, non tanti inuidiam illam facio,
dummodo omnis calamitas in Catilina
hæreat, & à Rep. se iuncta sit. Quam sen-
tentiam apertè locus in sequens confir-
mat, ubi Remp. secum sic loquentem fa-
cit: An inuidiam posteritatis times? pre-
clarum uero populo R. refers gratiam, si
propter inuidiam, salutem ciuium tuorum
negligis. Id est, si tanti posteritatis inui-
diam facis, ut propter illam, uelis ciuium
tuorum salutem negligere. eodemq; sen-
su Cicero in ea pro Roscio locutus est,
cūm ita dixit: Sed tamen cur ipsa h-s
1000 tā uehementer concupierit, quæ-
ro. nam tibi M. Perpenna, C. Piso certè
tanti non fuisset, ut socium fraudaretis.
Roscio cur tanti fuerit, caussam requiro.
Item Off. II, Est ergo ulla res tanti, ut ui-
ri boni splendorem & nomen amittas?
Sed exemplorum plena sunt omnia, ex
quibus intelligitur utroq; modo genus
hoc dicendi à Cicerone usurpatum esse.

Atq;

Atq; hoc quidem ad antiquam reprehē
sionem dicta sint. nam illam recentem in
libro Variarum lectionum primo, de lo
co Verrinæ sextæ, ubi A C T A recte legi
nesciebam, testes sunt innumerí familia
res mei, mihi eodē ferè tempore magno
cum animi dolore in mentē uenisse, quo
liber impressus est: ut omittam plerosq;
adolescētes, quibuscum duobus abhinc
annis animi cauſa Orationem illam le
gebamus, quorum unus postea Veneti
as profectus est. Ad illam aut̄ alterā De
priuatis & ijs qui cum imperio sunt, re
prehensionem, respondi in Commenta
rio de uerbis Iuris: & postea loca hæc eo
dem pertinentia obſeruaui. nam in ea p
Ligario, Cicero sic scribit: Atq; ille non
mediocri cupiditate arripuit imperiū, si
illud imperium esse potuit, quod ad pri
uatum clamore multitudinis imperitæ
nullo publico cōſilio deferebatur. Item
illud in Epist. 1. ad Q. Fratrem. Eaq; si sic
coluit ille, qui priuatus futurus nūquam
fuit: quonāmodo retinenda sunt ijs, qui
bus imperium ita datū est, ut redderent?
Item in Epist. 1, ad Lētulum Crassus tres

Legatos decernit, nec excludit Pompeium: cēset enim etiā ex ihs qui cum imperio sunt. Bibulus tres Legatos ex ihs qui priuati sunt.

Indicata aliquot menda, quæ ex uicinorum uocū similitudine nata erant.

Cap. XXXVI.



REQUENTISSIME pecatum est olim à librarijs, & ihs qui scriptū faciebant, cum in libris describendis uicinarum uocum similitudine inducti alterutram prætermitterēt. Cuius rei aliquot exēpla testimonio esse possunt: & in primis locus ille insignis, qui in lib. de Offic. 1, sic legitur: Panætius quidem auditorem Africanum, & familiarem suū solitū ait dicere: ut equos propter crebras contentiones præliorū ferocitate exultantes, domitorib. trade-re soleant, ut his facilitoribus uti possint; & cet. nam cum (domini domitoribus) scriptum esset, uox D O M I N I propter literarum insequentium similitudinē omissa est. Quemadmodum in oratione pro

pro Muræna, paulo pòst príncipiū, ubi
uox C A T O sine dubio prætermisſia est.
Negat esse eiusdem seueritatis Catilinā,
exitiū Reip. intra mœnia molientē, uer-
bis & pene imperio urbe expulisse: &c.
Legendum enim, Negat esse eiusdem se-
ueritatis Cato Catilinam, &c. nemo qui
locum integrum legerit, nō animaduer-
tet, cum subaudiri omnino uox illa, & in
de usq; ab alterius paginæ initio repeti
non possit. Videndum etiam utrum in
illo libri de Officijs secundi loco uox
C L A M, alteram non ita dissimilem, P A=
L A M, absboruerit: cùm sic legitur, Nam
qui eorum cuipiam, qui unà latrocinan-
tur, furatur aliquid, aut clam eripit: Legē
dum enim sic uidet, Furatur aliquid clā,
aut palam eripit. tametsi cum utracq; par-
ticula ab antiquis librīs absit, probabili-
us videatur, ex glossa id sumptum, & im-
peritè collocatum fuisse. Verū in Ora-
tiōe pro L. Muræna nemo (ut spero) du-
bitabit, duas uoces, superiorum similli-
mas, deesse: ubi sic scriptum est: Senatus
num obuiam prodire crimen putat: nō,
sed mercede. conuince. num sectari mul-

120 FRAN. HOTOM. I. C.
tos; non, sed conductos. doce. Legendū
enim, Mercede conuince: cōductos do-
ce, & ratio sententię, & Ciceronis cōsue-
tudo declarant.

*Indicati loci aliquot in libro de Orat. I. &
in Muræniana, in quibus uersus non pau-
ci desiderātur. in hac etiam aliquot
menda sublata. Cap.*

XXXVII.



NN V M E R O S animaduer-
ti locos apud Ciceronem,
multis uersibus mutilos &
decurtatos, qui tamē uulgo
pro integerimis numerant.
sed hoc tempore satis erit hos indicare.
Ergo in lib. de Orat. I, pag. 23. li. Manut.
nec uersus ille, N I H I L est enim tam insi-
gne, nec tam ad diuturnitatem, &c. cum
superiore sententia cohæret: nec rursus
illæ paginæ in sequentis primus: N A M
Q V I non potest, qui uitiosè facit, &c.
quin potius tota illa periodus post nouē
uersus reponenda uidetur: hoc est post
ACCOMMODAVI ORATIONEM
MEAM:

MEAM: nimirum ut ad uocē D E T E R-
R E N D O S referatur. Similiter in Orati-
one pro Muræna locus ille pagin. 131:
Q V A E S T U R A M unā petiit: & sum e-
go factus prior, &c. uersibus aliquot mu-
tilatus est, in quibus de Comitiorum cō-
suetudine & renuntiationis gradibus a-
gebatur, nam illa proxima P A R E S D I
G N I T A T E F I A N T, quō referantur
non habent: & illa, V N V S autem solum
prīmus possit obtinere, perspicuè clamā-
tant uocem G R A D V M deesse. Quid ue-
rò de illo altero dicemus, pag. 144: ubi
cum illud legimus, V T C V M A D
V L T I M V M animo cōtendissemus, &c.
quis est qui non uideat, unum aut alterū
desiderari uersum, in quo Cicero quid in
Stoicorum disciplina requireret, expo-
suerat? Atqui locus ille non tantum mu-
tilus est, uerum etiam corruptus. nam ubi
paucis antē uersibus legitur A V T
N O N dixisses, aut se posuissest, aut miti-
orem in partem interpretare: sententia
perspicuè postulat, A V T S I P O T V
I S S E S, mitiorem in partem, &c. quem-
admodum aliquāto pōst: ubi sic legitur,

122 FRAN. HOTOM. I. C.
MISERICORDIA commotus ne sis etiam in dissoluenda seueritate, sed tamē est laus aliqua humanitatis. Locū enim restituendum sic putarem: Misericordia commotus ne sis: sed tamen est etiam in dissoluenda seueritate laus aliqua humanitatis.

Aliquot alia peccata librariorum ex eadem Oratione pro L. Muræna sublata. Cap.

XXXVIII.



V M in manib. optimum hunc pro L. Muræna librū habeo, uolo etiam alios in illo corruptos locos indicare: cuiusmodi ille est pag. 137. cuius prima uox O P E R A, in antiquo libro sic scripta est, o p. ut facile quiuis intelligat, uocem O P I B V S, quam Latinæ linguæ consuetudo in illiusmodi sententijs desiderat, reponendam esse. Agitur enim de L. Philippo, de quo millies à Cicerone uox illa usurpatur: *Quis L. Philippum ingenio, opibus, gratia, nobilitate, à M. Herennio superari posse arbitratus est?* Natum est igitur

igitur mendum ex nota o p. sicut illud
 alterū proximū in eadem pagina: Nam
 L.Luculli exercitus, qui ad triumphum
 conuenerat, idē comes L.Murenæ præ-
 sto fuit: ubi qui C O M I T I S legendum
 esse negabit, non satis sententiam illam
 integrā & in sequentem locū animad-
 uerterit: uideturq; ex nota C O M I T . na-
 tum hoc esse. Sed & aliquot uersibus in-
 teriectis alterius generis peccatum ani-
 maduerto: ubi sic legitur, Sed si nos met
 ipsi, qui & ab delectatione omni nego-
 tijs impedimur, & in ipsa occupatione
 delectationes alias multas habere possu-
 mus, ludis tamen oblectanur, & duci-
 mur, qd tu admirere de multitudine in-
 docta: Legendū enim primum ut in an-
 tiquo libro, E T S I nos met ipsi: deinde
 pro E T A B delectatione, facile quiuis
 N E C A B D E L E C T A T I O N E , repo-
 nendum ex sententia perspicit. At uero
 pag. 140. pro S A P I E N T I A E , cogitan-
 dum est, ecquid rectius legeret, S A T I E
 T A T I . hoc modo: Itaq; in iisdem rebus
 ferè uersor, & quod possum Iudices, oc-
 curro uestræ satietati. In sequenti uero
 pagina,

gina, non quisquam, ut opinor, facile du-
bitabit, quin pro INN VIT legendū sit,
ut in libro manuscripto, INDVIT: qua-
uoce quid significetur, in Verrinarū cō-
mentarijs nō uno loco exposuimus. At-
que ille, inquit, ut semper fuit apertissi-
mus, non se purgauit, sed indicauit atq;
induit. Id est implicauit, & tanquā in la-
queum induit. Porro autem pag. 144.
ubi sic legitur, SI GLADIATORI-
BVS uulgo locus tributus, & item pran-
dia si uulgo essent data: corrīdū TRI-
BVTIM, Locus pag. 145. planissimè o-
stendit: ubi Orator hoc ipsum significās
sic loquitur: At spectacula sunt tributim
data, & ad prandium uulgo uocati.

*Disputatur de scriptura trium locorū in-
certa: uno ex Quintiana, altero ex Sextia
na, tertio ex Verrina septima.*

Cap. XXXIX.



N oratione pro P. Quintio,
ubi sic legitur: Deinde ha-
bet aduersarium P. Quinti-
us uerbo Sex. Neuium, reue-
ra huiuscē Ætatis homines di-
fertissi-

fertissimos, fortissimos, ornatissimos nostrae ciuitatis: dubitari posset an p FORTISSIMOS reponendum esset, Florentissimos: cum illud uerbum Cicero nunquam nisi summi honoris caufsa, cuiquam tribuat: & in eadem Orat. pag. 26. L. Philippū, quem hoc loco significari nemo nescit, florentissimum ciuitatis appelle. Videndum etiam an in Oratione pro P. Sextio pa. 19. ubi sic legitur, Meministis tum iudices, corporib. ciuium Tiberim cōpleri, cloacas referentri, è foro spongīs effundi sanguinē: reponendū sit E F F I N G I , cuius meæ conjecturæ solam hanc cauſsam habeo, de qua iudicium eruditissimi Orationis illius interpretis expeſtabo: quia Seruius illud Vergil. Aeneid. VIII. interpretans, E T C O R P O R A F I N G E R E L I N G V A: Id est, Tergere, inquit. Cicero in Festiana, Spōgīs sanguis effingebatur, id est tergebatur. Considerandum præterea in Verrina se ptima, an pro ἴδικώτησαρ legendum sit, ιδικουώθησαρ. Sed, inquit, scriptum extat in iſdem literis, quod iste homo barbutus ac dissolutus, neq; attēdere unquam neq;

neq; intelligere potuit: ἐδικάσθαι, inquit: hoc est ut Siculi loquuntur, supplicio affecti ac necati sunt. Herodotus enim in Clio, de Deioce loquens οὐτινα, inquit, παντάνοιν τοῦ βρέφεντα, τοῦρης οἵως μεταπίμπλατον αὖτ' ἀξίης ἐκάστου ἀδικήματος ἐδικάσεν. Id est Si quem comperisset iniuriam cuiquam facere, in eum prout accersiuisset, pro de licti ratioe animaduertebat. Dixit enim Κλειστόν Ionice, pro ἐδικαίον.

*Negationem in duobus Pandectarum
locis esse uideri. Caput XL.*



L P I A N V S in l. 4. ff. de interrogat. in iur. fac. ita scribit: Quod ait Prætor,
Q VI IN IVRE interrogatus responderit, sic ac cipiendum est, apud magistratus populi Romani uel præsides prouinciarum, uel alios iudices. Ius enim eum solum locum esse, ubi iuris dicendi, uel iudicandi gratia consistat: uel si domi uel in itinere hoc agat. Qui locus mihi sanè per obscurus ac perdifficilis uidetur: cum enim

nim proxime dixerit, ius eum demū esse locum, ubi iuris dicendi aut iudicandi caussa consistat, constet autē contra rem maiorum esse, uel domi uel in itinere ius dicere aut iudicare: haud scio an pro V E L s i satius esset reponere N O N s i. præsertim cum Paulus in l. pen. ff. de iust. & iur. scribat, ius eum esse locum, ubi cunq; Prætor salua maiestate Imperij sui, saluoq; more maiorum ius dicere cōstituit. Domi uero suæ ius de Interrogationibus dicere, mihi quidem nouum atq; inusitatum uidentur: cum toties Verrem reprehendi uideam, quod domi suæ multo leuioribus de rebus aliquid statuerit. Neq; uero huic conjecturæ aduersatur, quod alibi legimus, manumitti seruos posse quibusvis in locis, atque etiam in balneis, cùm lictor Prætoris iussu uindictam serui capitii imponeret: hoc enim in libertatis fauorem institutū cōstat, cuius gratia multa contra iuris rationē obseruari, iurisconsulti nonnullis in locis testantur. Verum tamen eius rei iudicium eruditioribus relinquam, quibus ut opinor, minime dubitandum uidebitur
uersum

uersum ultimum legis penult. ff. de acq.
rer. dom. eadē negandi particula ampli
candum esse: ut sit argumentum ex diffe
rentibus: & locus sic legatur, Non si id
quod in publico innatum est, publicum
est: insula quoq; quæ in publico flumine
nata est, publica esse debet. subaudiatur
autem reliqua pars argumentationis hoc
modo: Aliam enim insulæ, aliam cætera
rum rerum rationem esse, Juris consulti uo
luerunt, quoniam insula in flumine pu
blico nata, flumen dilatat, ac propterea
tantundem in utriusq; ripæ aduersæ agro
regionis occupat, quantū ipsa continet.
Arbores uero in fundo publico natæ, ni
hil uicinis detrimenti afferūt. & hoc esse
iuris de insula in flumine nata, nemo
nescit ex l. adeo, 7. §. 2, eius
dem tractat.

RERVM MEMORABILIVM
in Observat. I. Index.

A particula in e=	debitam fibi pecunia
dicto Verris po	ei legasse uideatur 82
sita, quomodo intelli=	Argumentum ex causis ef
gatur 5	ficientibus 88
A driani Turnebi de caput	Argumentum ex contra=
et supercilia apud Ro.	rijs 79
radendi consuetudine	Argumentum à forma 78
opinio 66.67	Argumentum ex maiore
A edium ambitus, quid sit	ductum, ad quid uale=
94	at 92
A gnata quæ dicantur 61	Argumentum à specie ad
A rbor in cōfinio nata, an	speciem 79
fit uicinorum 44	Ars Hermagorea 28
A rboris fructus, an uicini	Aut particula, in legatis,
sint, qui in ipsius fun-	uis 13
do decidunt, uel domi-	B
ni ibid.	Boetij ignoratiā carpitur
A rboris radices in fundū	77.78.86.88.95
uicini porrectæ, an i=	Bona ex edicto possidere
psius sint, uel domini	quid sit 41.42
44.45	C
A rgentum suū omne qui	Caput et supercilia cur Ro
dicui legauit, an etiam	mani raserint 66
	Causse

RERVM MEMORAB.

Cauſſæ Quintianæ cōſtitu-	tio	86
tio 38.39.40. inten-	Doli mali definitio	66
tio 41. depulſio ibid.	70.71.72	
Condemnationem tardam	E	
ex ampliatiōnibus &	Emancipati extraneorum	
comperendinationib.	loco habentur	63
naſci	F	
54		
Comperendinatio à Serui-	Fallere & decipere, quid	
lio primum iſtituta	ſit	73
53.54		
Contractus Do ut facias,	Fides publica, quid ſit	
quid pariat	107.108	
Contractū inter & fœnus	Filiæfam. an afferantur in	
diſſerentiā	libertatem	109
	pro Filiæfa. an quiuis lege	
	agere poſſit	109.110
	Filiusfa. alieno ſeruo ſtipu-	
	lanti, iure ciuili obli-	
	gatur	33
	Filiusfa. obligare ſe, ad id,	
	quod pater debet, diſ-	
	ſoluendum, poſteſt ib.	
Diſunctiones in testamen-	Filiusfam. promittēs quod	
tis, ob quā cauſſam ſint	patrem debere cōſtitue-	
iſtitute	rit, ſi mortuo demū pa-	
13	tre & alio herede iſ-	
Dolus malus, quid ſit	tituto, id conſtituerit,	
74	non	
Doli mali, à Seruto, defini-		

I N D E X.

- | | | |
|--------------------------------------|-------|------------------------------------|
| <i>non est obligatus</i> | 34 | <i>bus consulibus lata fue-</i> |
| <i>Fornicē adiungere ad pā-</i> | | <i>rit</i> |
| <i>rietem cōmūnē, an om-</i> | | 5 |
| <i>nibus ius sit</i> | 90.91 | <i>Legis Voconiae declaratio-</i> |
| <i>an Furtū aliquod sine diſi-</i> | | 26.27 |
| <i>mulatione fiat</i> | 74 | <i>Legem Corneliam testa-</i> |
| G | | <i>mentariam, & numina-</i> |
| <i>Gruchijs error</i> | 69.8 | <i>riam ita scriptam esse,</i> |
| H | | <i>ut non ius aliquod no-</i> |
| <i>Hereditatis petitio quid</i> | | <i>uum populo constitua-</i> |
| <i>sit</i> | 21 | <i>tur, etc. emendatur</i> 25 |
| <i>Hereditatis petitionē, et li-</i> | | <i>Lege agere in hereditatē</i> |
| <i>tē uindiciarū intendere,</i> | | <i>quid sit</i> 20 |
| <i>qui dici rectē possit</i> | 21 | <i>Legare ab aliquo, quid sit</i> |
| <i>Hereditatis petitione tene-</i> | | 77 (86) |
| <i>ri</i> | 20 | <i>Locus ab antecedentibus</i> |
| <i>in Hereditatis petitio, nō</i> | | <i>Locus à cauſis efficientib.</i> |
| <i>minus quam in rei sin-</i> | | 91 (86.87) |
| <i>gularis uindicatione,</i> | | <i>Locus à consequentibus</i> |
| <i>sponsio fieri solet</i> | 24 | <i>Locus apud Iusimianum</i> |
| <i>Hereditatis uindicatio</i> | | <i>tit. Si quadrup. emen-</i> |
| <i>rei, in quo differat</i> | 21 | <i>datus</i> 51.52 |
| L | | <i>Locus in Verrina quinta,</i> |
| <i>Latitatio quid sit</i> | 74.75 | <i>scio te edicta superio-</i> |
| <i>Lex Voconia de quibus ca-</i> | | <i>rum omnium correxis-</i> |
| <i>uerit 4. quando & qui</i> | | <i>se, & ceter. explicatur</i> |
| | | 21 |

RERUM MEMORAB.

M

88.89

- Maius, quid dicatur 92
 Mulieribus & pupillis, an
 recte sine tute aucto-
 re soluatur 83

N

- Nasci filium patri uel agna-
 sci, quid significet 61
 Nepos, an sit auo agnatus
 62

- Notarum in tabellis inscri-
 ptarū declaratio 46.
 47. 48. 49

- Nuntium mittere, & di-
 uortij culpam sustine-
 re, quid sit 84.85.86

O

- Obligatio naturalis, inter
 quos consistat 33

P

- Parietis directi descriptio
 88

- Parietem communem qui
 demolitus est, an uitium
 adiuncti fornicis prae-
 stare debeat

- Pecunia gratuita, quæ di-
 catur 14

- Perduellio quid sit 106

- Pes sestertius, quid sit 94

- Pignoris fructus pro usu-
 ra quādo retineatur 14

- Possidere improprie pro-
 tenere & habere ple-
 runq; usurpatur 11

- Possidentis quam peten-
 tis caussa est potior
 10.11

- Prætor neq; heredes facit,
 neq; hereditates dat 12

- Prætore & magistratu ad
 suas dirimendas contro-
 uerias, qui non indige-
 ant 33

- Prætoribus contra iuris
 ciuilis rationem, an ar-
 bitratu suo licuerit en-
 dicere 4

- Quintiliani auctoritas in
 quo discipline genere
 sequenda

INDEX.

- | | | | |
|---|--------------|---|--------------------|
| sequenda | 92.93 | tionem parit | 34 |
| R | | Stipulationis uerba, tam
ad preteritū quād ad
futurum tempus refera-
ri possunt | 37 |
| Res duas sub disiunctione, | | in Stipulationibus, que ob-
scura sunt, contrastipu-
latorem interpretan-
tur | 36 |
| an quis leget | 13 | | |
| Res omnes ex potiore sui
parte aestimandas esse | | | |
| 46 | | | |
| S | | | |
| Satisfdare | 21 | | |
| Satisfdare, quorum sit | 40 | Suus ab agnato distingui-
solet | 62.63 |
| Satisfatio, in hereditatis
petitione requiritur | | T | |
| 24 | | Tabellas discolores Iudici-
bus dari, an moris a-
pud Romanos fuerit | |
| Sine simulatione, an quis
poſſit circuumeniri | 73. | 48 | |
| 74 | | Tabellas Iudicibus in pu-
blicis quæſtionibus co-
ſidentibus, cur Quæ-
ſtor distribuere coſue-
uerit | 46. 47. 48. |
| Sobrini propriè qui | 50 | 49 | |
| Stipulandi ius ex persona
domini serui habēt, do-
minoq; suo acquirunt | | Testamenti partes omnes,
unde pendeant | 4 |
| 29 | | ad Testamentum, lege re-
petundarū dannatus, | |
| Stipulatio, an solius ciuis | | i 3 | 48 |
| Rom. sit propria | 129 | | |
| Stipulatio sub conditione
facta, non ante condi-
tionis eventum, obliga- | | | |

RER. MEMOR. INDEX.

<i>an adhiberi posſit</i>	75	<i>ruptos</i>	91. 92
<i>Testamenta scribendi o-</i>		<i>V</i>	
<i>lim apud Romanos cō</i>		<i>Vindiciarum lis , cum le-</i>	
<i>suetudo</i>	2.3	<i>gis actione an coniun-</i>	
<i>Etopicorum libros , quos</i>		<i>gatur</i>	23
<i>habemus , omnes esse cor</i>		<i>Virgula diuina</i>	28

F I N I S.



Ob. 6. 5. 3325/1



FRANCI-
SCI HOTOMANI,
IVRIS CONSULTI,
Observationum Liber
secundus.



Τῆς ἐπιμελέας δόλων πολύτα γίνεται.

BASILEAE, APVD NICOLAUM Episcopium Iuniorem,
M. D. LXI.

INDEX CAPITVM
LIBRI SECUNDI OBSER-
uationum.

- D**isputatio de uulgari genere cōuetionis, quæ Emptio redditū appellatur, aduersus Extrauag. Regimini, De empt. & uend. Cap.I.
 De feudis, & que illorum origo fuisse uideatur. Cap.II.
 De regula Catoniana. Cap.III.
Quid sit regula iuris. ubi explicatur l.j. D.de reg.iur.
 Caput III.
Quid sit Populum fieri fundum, in oratione M.Tullij pro L.Cornelio Balbo. Cap.V.
 Lacunæ aliquot in eadem orat. pro Balbo indicatæ, & simul menda quedā typographorū sublata. Cap.VI.
 Sublata quedam menda ex l.j. D. de seruit.rust. & simul itineris, actus, uiae differentia tradita. Cap.VII.
 Aliquot menda è libro Ciceronis De officijs primo, sublata. Cap.VIII.
 De usuris rusticanis, ex constitutione Iustiniani Nouella xxxiiij. Cap.IX.
 De eo quod interest. Cap.X.
 Interpretatio legis unicæ C. de sententijs quæ pro eo quod interest, proferuntur. Cap.XI.
 De mora eiusq; partibus. Cap.XII.



Ok. 6. ii. 3325 / 2

DISP VTA- TIO DE VVLGA=

RI GENERE CONVENTIONIS;
*qua Emptio reddituum appellatur: ad-
uersus Extrauag. Regimini, De
empt. & uendit.*

Caput



ENVS est quoddam conuentionis, & à Romanis Pōtificibus cōprobatum, & ita iam non modò usitatū, uerum etiam quotidianū, ut eo pleriq; quasi pro arte & negotiatione utantur: Cūm pro usura pecuniæ fundus ea lege utendus fruendus traditur, ut neq; unquam possessori sortem repetere liceat, & fundus eius periculo sit. cap. 1. & 2. De emptione & uendit. in Extrauagant. Placet au-

A 2 tem

tem de huiuscē conuentiōnīs æquitate paululum disputare: quod ut uia & ratione fiat, consuetudinem in docendo nostram seruabimus, & analysi adhibita quatuor eius partes exponemus. quarum prima est, pecunia, quæ utenda datur: altera fundus, qui utendus fruendus traditur: tertia, ius pecunie, ut nunquam condici possit: quarta, ius possessionis, primum ut accipietis periculo sit, deinde ut recepta pecunia reddatur. Nunc primo loco obseruādum est, utrum hæc conuentio ex eorum contractuum numero sit, qui nominati: an ex eorum, qui innominati dicuntur. Nā quod pignus esse quidam putant, & illam conuentiōnem quam Iurisconsulti Græco uerbo ἀντιχεστημ' appellat, uideamus ne nō satis certum sit. Pignus enim eo Iure est, ut neq; pro dominio possideatur, neque periculo possessoris sit, & facultatem repetendæ pecuniæ integrā creditori seruet. quod ius antichresi integrum seruari, inter omnes cōstat: ex l. si ea pactio ne, 14. Et l. si ea lege, 17. c. de usur. In hoc autem negotio, & fundus pro domino posside-

possidetur, & periculo possessoris est,
& condicendę pecuniæ facultas adēpta
est: ut in illa Pontificia Extrauagantie
pistola dilucidè traditur. Iam uerò neq;
locatio est, uel propter easdē ipsas causas,
neq; rursus Do ut des, siue qa de cō-
mutando iure agitur, hoc est, iure utendi
pecunia cum iure utēdi fruendi fundo:
iura autē & res incorporales in permu-
tationem non cadunt: siue quia neq; us
à corporibus nummorū secerni po-
test, quippe qui in abusu consistant: &
plerunq; non usus fundi, sed ipse fundus
alienatur: neq; Do ut facias, aut Facio ut
des, quia locari fundus potuit: neq; po-
stremò Facio ut facias, quia non factum
pro facto redditur: sed ius fruendi fun-
do, pro iure fruendi pecunia cōceditur.
Considerandū igitur, an emptio & uen-
ditio dici possit: quo nomine & Pontifi-
ces Rom. hanc conuentionem appella-
runt, (quemadmodum ex titulo & In-
scriptione tractatus intelligitur) & ho-
die omnes uulgò in foro & scholis ap-
pellant. Et profecto ita est, ut ad uen-
ditionis similitudinem propius, quam

§ O B S E R V A T I O N V M

ad ullius alterius contractus genus acce-
dat. cùm & res dari uideatur pro certo
& constituto pretio, & traditæ rei peri-
culū in possessorem transferatur. Et quo-
niam recipienda rei potestas traditori
pretium reddenti permittitur, propius
uidetur, ut Emptionem cum pacto, de
redimendi facultate, contractam esse di-
camus. quo pacto, emptionis contra-
ctum non impediri, constat ex l.z.c. De
pact.int.empt. & uendit. Videamus ta-
men ne multa huic sententiaz aduersen-
tur, quæ ab hominibus non satis ex iure
ciuili exercitatis, uix ac ne uix quidem
animaduerti possent. Primum enim Em-
ptio ex eorū numero est, quæ solo con-
sensu contrahuntur. Hanc autem con-
uentionē re cōtrahi, & antequā numera-
ta pecunia sit, nullā obligationē cōcipi,
nemo, ut opinor, uel mediocriter in li-
bris nostris uersatus, addubitat. Dein-
de in Emptiōe & uēditiōe, ultro citroq;
obligatio nascit: ac pperea bonæ fidei
Iudiciū ex eo cōtractu constituīt. At in
hoc negotio & is solus cui fūdus tradit,
obligat, & restrictè ex ijs tantū quæ lin-
gua

gua nūcupata sūt, astringit. Prēterea in
emptione cōtrahēda res quāti quāti est,
in solidum æstimator. hic autem nō fun-
dus, sed eius tantūm annuus prouentus
æstimator. Restat igitur, ut considere-
mus an hæc conuentio Mutui nomine
contineatur. quod dici omnino non po-
test. Nam in Mutuo certa obligatio na-
scitur, de reddenda quādoque pecunia.
Hic autem Acceptor pecuniae non oblī-
gatur. Cùm igitur hanc conuentione m
inter cōtractuum genera non reperi-
mus, & cōstet eam naturam habere alia
rum omnium conuentionum dissimil-
līam: uideamus ne quid in ea monstri
subfit. Et profecto ita est, ut tres occultis
simas fraudes, quasi uiperas aut uulpe-
culas sub huiusc cōventionis specie la-
tere animaduertam: quarum prima hæc
est, quod in ea solus fundi prouentus æ-
stimator, atq; emitur: fundus autem gra-
tis ac sine ullo pretio callidè ac subdo-
lē aufertur. Cùm enim de illa decima,
duodecima, & decimaquinta differitur,
nequaquam fundi pretium exquiritur:
sed eius tantummodo prouentus cum

decima aut duodecima sortis parte com-
paratur. ut quia, uerbi gratia, duodeci-
ma sortis pars recte & legitimè pro usu-
ra constituitur, quippe quæ bessi legitimi-
mo propemodum respondeat: propte-
rea recta usuræ ratio iudicetur, si pro pe-
cunia numerata, tantūdem in fructibus
soluatur: hoc est, fructus qui duodecimè
respondeant. Quod quām iniquum &
indignum sit, nemo non uidet. Non e-
nīm ex prouentu tantūm, & frugibus:
sed etiā multis alijs ex cauſis fundi æſti-
mantur: ueluti salubritate, amoenitate,
opportunitate, aut circuluuione flumi-
nis, uicinitate oppidi, l. competit, 16. D.
quod ui aut clam. l. si cui fundus, de le-
gat. 2. Et ea de re pulcherrima epistola
extat c. Plinij libro Epistolarum 111. cu-
ius initium est, Adsumo te. Ex quo intel-
ligi uolumus, quām longè hoc genus cō-
tractus à uenditione cum pacto redimē-
di facta dissideat, in qua uerum, equum,
& solidum rerū pretium æſtimatur. Sed
nunc alteram fraudem, quæ sub hac fu-
cata emptione tegitur, detegamus. Ne-
que enim solum fundi corpus non emi-
tur,

tur, sed ne ipsius quidē prouentus: quod paululum attēdenti nō difficile erit intelligere. Nam emptio & uenditio ut ex parte uendoris rem certam, sic ex parte emptoris certum definitumq̄ pretiū, quod ab emptore uerē, et (ut loquimur) naturaliter abeat, & in uendorē transferatur, ex quirit. l. I. D. de contr. empt. l. pen. c. de reiū permūt. At in hac cōuentione nulla pretij quātitas pro fundi fructibus constituitur: quæ emptori detrahatur. Immò tantum abest, ut illi aliquid decedat, ut contrā potius accedat: ut pote cū ipsius pecunia ex fundi fructibus, sine ullo impendio suo amplificetur.

Tertia fraus ex eo deprehenditur, quod hoc genus cōuentionis nullius alterius rei quām exercendæ, fōnerandæq̄ pecuniæ caussa institutum est: quemadmodum uel ex illa decimæ, duodecimæ ueratione intelligi potest: de qua Pontifices in illo Extrauaganti decreto scribūt, & pragmatici assidue loquuntur. Nam, ut paulo antē dicebamus, illa eō tantum pertinet, ut pro decima duodecimā uer parte sortis pecuniariæ, certus agri pro-

uentus qui ei respondeat, & tanti plerumqe sit, presttetur ut scilicet foenoris pecuniarj turpitudo honesto isto fructu*em*ptionis nomine tegatur. At hoc naturae aduersari iam pridem docuimus. nam (ut scribit Aristoteles) numi per se & sua sponte steriles sunt: quare utrum creditor ex suis numis numos, an fructus, an quiduis aliud elicere uelit, nihil interest. nan utroqe casu contra naturam pugnat. Verum ne quis idem dici posse disputet de antichresi aut uenditione quae sub redimendi pacto contracta est, quam iure ciuili probatam uidemus: utes illa nostra distinctio adhibenda est: utrum ne hac conuentio a creditore lucri & exercendae amplificandaeqe pecuniae caussa facta sit, an uero debitoris tantum adiuuandi animo, & compensandi eius quod sua interfuit, usu caruisse suae pecuniae. nam illo casu omnis conuentio in puram & meram foenerationem degenerat: quia ex re quae natura sterilis est, fructus petitur. At hoc casu rectum est nemini damnosum esse suum officium: ut ait Vlpianus in l. 34. d. de furt.

CUM

Cùm autem inter omnes constet conventiones istas uulgo quasi negotiationem aliquā exerceri, & pecuniosos homines istas reddituum emptiones apertè sui commodi emolumētūc^q caussa exercere: cauendum est ne fœneratio potius hæc, quām honesta & legitima conuentio dicenda sit. At si non lucri querendi, neq^z multiplicandæ pecuniæ animo, sed iquandi tantum debitoris caussa fieret, quemadmodum in antichresi fieri probauimus: tamen fraudationis omnis & fallaciæ uitandæ caussa, quæ in proprietate fundi interuertenda præcipue uersatur, hoc casu Ciceronis Consulis auctoritatem retinendam putarem, qui satius etiam censuit, possessiones creditoribus per antichresim oppigneratas uendere, quām perpetuò certare cū usuris fructibus prædiorum. Meo, inquit, beneficio tabulæ noue proferentur, sed auctiōnariæ. neq^z enim isti, qui possessiones habent, alia ratione illa salui esse possunt. quod si maturius facere uoluissent, neq^z id quod stultissimum est, certare cum usuris fructibus prædiorum: & locupletioribus

OBSERVATIONVM
tioribus ijs, & melioribus ciuib. utere-
mur. Existimarem igitur certum ali-
quod tempus, non longius decennio,
præfiniendum esse, quo debitores per
Magistratum cogerentur possessiones
suas bonis conditionibus uendere, ut &
creditoribus satisfacere, & insuper ali-
quid pecuniæ seruare possent.

DE F E V D I S : E T
Q V A E I L L O R V M O R I G O
fuisse uideatur.

Caput II.

EV D V M , barbarum uoca-
bulum est, e Gothorū & Lan-
gobardorum fontibus deriu-
tum: qui Iustiniano pulso , Ita-
liam, fusis fugatisq; incolis, annos ad du-
centos occuparunt . Genus est cliente-
læ, quo uel dignitas, uel uectigal, uel pre-
dium aliquod ea lege alicui datur , ut &
ipse, & ipsius posteri atq; heredes, bene-
ficij auctorem perpetuò agnoscant, &
quasi

quasi pro patrono colant: eiusque caput, existimationem, ac fortunas tueantur. Illius enim cauſsa & origo hoc fuit, ut uictores cum gratiam suis ducibus, praeſeſtis, ac militibus pro opera in bellis ac praeſijs egregiè nauata referrent: honoriſbus & fortunis Italorum in illos transferendis: tum etiam certos ſibi deuinctos, & tanquam deuotos clientes haberent, quorum opera, bello partam regionem, in posterum, ſi opus eſſet, tueri poſſent: quos ſua lingua modò Valuafiores, modò Vassallos appellariūt. Sic L. Syllam uictorē legimus, agros ijs municipijs que contra ſe, p Mariana factione arma tulerant, ademiffe: eosque ueteranis militibus ſuis diuififfe. Sic & Plutarchus, & Appianus, & Higinus, & Flaccus ſcribunt, Romanos exterarum gentium uictores colonias in earum agros deduxiſſe: ut & ueteranis benefacerent, & ibi praefidium ac propugnaculum tum aduersus rebellium, tum etiam aduersus finitimorū impetus haberent, que Coloniae propterea militares appellatæ ſunt. Sic Pomponius Latus ueterem fuiffe
con-

consuetudinem scribit, eamq; à Constantino repetitam, ut Tribunis, præfectis & ducibus qui pro augendo imperio consenserant, darentur agri, uillæq;, ut necessaria suppeteret quoad uiueret: quas Parochias vocabant. Hoc igitur cliente lae genus à Gothorum Rege primùm institutum, post ab omnibus inferioribus ordinibus usurpatū est. Vnde tres Feudorum gradus facti sunt: summus, medius, infimus. Summus ordo est, principum ac procerum, qui lingua illorum Capitanei Regni, Duces, Marchiones, & Comites appellati sunt: & à Rege tū illis honoribus afficiebantur, tum etiam Italæ oppidis ac uicis, locupletum etiā uictorum arcibus ac uillis donabantur: Quæ Feuda quia partem aliquam Regiae dignitatis obtinebat, (qui enim Dukes & Marchiones nunc appellantur, Reguli olim fuerunt) iiccirco Regalia dicta sunt. Itaq; potestas eis data est cudendæ pecuniaæ, creandorum magistratuū, sallinarū & fodinarū exercendarū, caducorū, confiscaionū, earumq; functionum, quæ Angariæ & Parangariæ appellatur:

quæ

quæ iura uulgo iura Regalig, (corrupte,
ut opinor, pro Regalia) nominantur.
Medius ordo eorum fuit feudorū, quæ
principis illius ordinis proceres Regis
concessu ea lege alijs inferioris dignita-
tis hominibus dabant, ut Vassalli ipsos
secundum regem eius beneficij aucto-
res ac patronos agnoscerent, & pro ca-
pite ac fortunis ipsorum, si usus ferret, pu-
gnarent. Quo in numero ij qui uulgo il-
lorum lingua Barones, ac Maiores ual-
uasores, siue Vassalli appellātur, fuerūt.
qui patronos quidem illos agnoscebāt,
sed tamen, ut iam dixi, secundum Regē.
Inimus ordo eorum fuit, quæ à secundi
ordinis Vassallis in priuatos conferebā-
tur; siue illi nobiles essent, quam nobili-
tatem armis pepererant: siue ignobiles.
Nam utriq; eadem qua superiores iuris-
jurandi formula obligabantur: quæ ab
Uberto nescio quo, in eo libro qui uul-
go Vsus Feudorum inscribitur, barbare
& foedē perscripta, solā hāc habet, quā
antea dixi, sententiam: ut cliens patroni
sui caput, existimationem, ac fortunas,
quoquo modo poterit, contra quem-
cunq;

cunq; aduersarium, solius Regis maiestate excepta, tueatur. Quam ad rē cūm & uoce & manu ac ferro esset opus, propterea constitutum est, ut neq; muti, neque surdi, neq; manci, neq; membris capti, ac ne fœminæ quidem, nisi extraordinario ac singulari quodam beneficio, feudum accipere possent. Item ut impubes patre mortuo, neq; ad iuslurandum, neq; ad officium præbendum teneatur. Quæ igitur bona eo, quo diximus, iure essent, Langobardico uocabulo Feuda dicebantur: quorum contraria, ijsdem auctoribus, Allodia, uocabulo ignoto & barbaro appellata sunt. Tradendę autem possessionis, quam barbari Inuestituram appellant, forma duplex fuit: aut inductione in prædium, & in rem præsentem itione: aut simulacro aliquo, qđ eius rei insigne esset: ueluti hasta, uel gladio, uel annulo porrigendo. Eamq; possessionis accipiendæ formulam, non sat erat semel usurpatā esse: sed quoties nouus uel patronus, uel cliens succedebat, toties eam, clientelæ & obligatio- nis testificandæ caussa repeti, ac renouari opor-

ri oportebat. Possessione autem accipienda, Ius hoc quæritur, ut prædia sint gentilitia: cuius generis nulla se in iure suo ciuili nosse, Cicero in oratione pro Flacco dicebat: id est, ut quādiu quis ex ea gente ac stirpe supersit, tandiu Feudum in ea familia maneat. Itaq; primum ad liberos, eosq; uirilis sexus, tum ad agnatos, ordine, ut quisque gradu proximus est, transit: ubi nullus ex ea stirpe superest, tum quasi caducum, ad patronū redit. Itaq; cùm Feuda gentilitia sint, & ordine gradatimq; ad omnes transerant, sequi etiam illud oportet, ut neq; alienari in extraneum, nisi & liberis & gentilibus omnibus consentientibus, neq; in remotiorem agnatum, prætermisso priore, transferri possint. Quod si factū esset, tum ut liberi, etiam parente uiuo, sed oblato pretio, ea intra annum repetere ac reuocare possint: sed si prior agnatus Feudum in remotiorem agnatū alienatum, reuocare uelit, id, non nisi alienatore mortuo, facere possit: quod ei etiam sine ulla pretij restituzione facere licebit. Anno autē præterito actio per-

B imitur:



imitur: quasi silentium tacita quædam cōsensus significatio fuerit. Quòd si aut gentiles nulli extent, aut nulli contradicant, tum & à patrono uenia postulāda est, & si ratam alienationem habeat, possessio ab eo, paganis quidem intra annum & diem, militibus uero intra annum & mensem, petenda est. Committebatur præterea Feudum impietate clientis in patronū, desertione patroni in prælio, attentata patroni uxoris, filiæ, nurus ue pudicitia, & quibus uis alijs præterea rebus, quæ ingrati animi uitio continentur. Itaq; nisi uel patrono, uel cliente nouo succedente, & iuslurandum renouaretur, & possessio, siue inuestitura, repeteretur: Feudum patrono cōmittebatur. At si atrocius aliquod crimen à cliente, non aduersus patronum, sed aduersus alios commissum esset, ueluti si se clientis parricidio polluisset: tum siquidem ipse Feudum primus adeptus esset, ad patronum redibat: sīn à patre, aut maiorib. accepisset, ad liberos proximos ue agnatos transibat. Atq; hæc quidem de clientum peccatis, propter quæ Feudis suis

suis multantur, dicta sint. Patroni autem suo illo iure, quod in prædijs retinebat, quodq; uulgo directum dominium appellant, tum multabantur, idq; suis clientibus committebant, cum id in se crimē admiserant, propter quod clientem suo Feudo multari oportuisset. Sed de Feudis, summatim satis uidetur dictum: præsertim cum eorum ius pro cuiusq; gentis moribus atq; institutis variū & multi plex esse constet: quod si cui plura istius generis libet cognoscere, extat libellus Orberti Ortensi, qui Usus feudorum inscribitur, ex quo tanquam Augiae stabit, hæc cuiusmodi sunt, desumplimus. Nam eorum libros qui postea hoc de genere scriptarū, ingeniorū carnificiam uerius quam studiorū adiumentum appellare, meo qdē iudicio, possumus.

DE REGULA

CATONIANA. CAP. III.



Catonis sententia est, cum ex uarijs Iuris ciuilis partibus, tū etiam ex æQUITATIS naturalis obseruatione nata: Quod si

B 2 testa-

testamenti facti tempore dececessisset testator, inutile foret: id legatum quando cunque dececerit, non ualere. Cuius rei ratio non modo ex iure ciuili, uerum etiam ex naturae fonte, id est ex communi hominum sensu atque intelligentia pertenda est. Ergo quod quidem ad ciuile ius attinet, quemadmodum de ipsisdem rebus recte negotium gerimus, quae statim dominio nostro subiecti possunt, l. inter stipulantem, 83. D. de uerb. oblig. ita eas res solas, recte legamus, quae statim in legatarij dominium pervenire possunt. legare namque est dominium transferre. Quantum ad aequitatem naturalem, illud constat: cum testatoris certam mentem atque uoluntatem esse oporteat, (sicuti Vlpianus in Institut. scribit:) eum praesentis temporis conditionem spectasse, deque ea statuisse iudicamus: non autem incerto futuri temporis eventui rem commisisse. quippe cum alioqui testamenta non ex testatorum mente (quae in ipsis dominari debet) sed ex casu & fortuna penderent. quod ab exemplo intelligi poterit. nam cum res

res mea mihi legari non possit, si qui meus est iam fundus, mihi legatus es-
set, & eum aliquanto pōst ante mortem testatoris alienarem, dein testator dece-
deret: iniquum esset, me illum ab here-
de petere, quia legatum non ex fortuita
posteri temporis mutatione, sed ex præ
sentis temporis conditione æstimandū
est: quasi testatoris mens hæc fuisset, ut
fundum illum legaret, si tum capi à lega-
tario posset. testamenti autem tempore
capi non poterat. quòd si quia forte alie-
nus factus est, propter mutatam condi-
tionem peti posset, testamentum nō ex
certa testatoris mente atq; uolūtate, sed
ex incerto & fortuito posteri temporis
euentu ualeret. Itaq; Vlpianus in l.cete-
ra, 4 i. D.de legat. prímò: Siquidem, in-
quit, ab initio non constitit legatum, ex
postfacto non conualescit. quemadmo-
dum nec res mea legata mihi, si postte-
stamentum factum fuerit alienata: quia
uires ab initio legatū non habuit. quod
idem scribit Iustinianus §. sed si rem 10.
De legat. idq; ita disseriè ac perspicue, ut
dubitari non possit, quin Celsus in l.j. D.

de reg. Caton. contra Catonianam regulam in contrariam sententiam disputas, uel magno & pudendo errore sit lapsus, uel, ut eo loco adscribitur, cauillatione usus. sed nō est nouum, Celsum in librīs nostris ciuilibus reprehendi. Atq; hæc quidem de rei legatæ mutata conditio ne dicta sint. Simillima ratio est, cū personæ legatarij mutata conditio est, nam cùm heredis seruo propterea legari nō possit, ne ipsi heredi legata res sua videatur, §. an seruo, 28. De legat. si quid ei legatum sit, non propterea conualescet, quia post testamentum factum, & ante testatoris mortem seruus manumissus & liber ac ciuis R. factus est, ne, ut antea dicebamus, non ex testatoris mente, sed ex incerto & fortuito futuri temporis eveniu testamentum ualeat. Iudicarunt enim Iurisconsulti, mentē testatoris hāc fuisse, ut ita demum legatū ualeat, si quo tempore legatum ascribit, ea personæ legatarij conditio sit, ut capere legatū pos sit. Ac de regulæ quidē Catonianæ summa æquitate & perspicua ratione, satis dictum esse arbitror. nunc quæ cōtra il lam

Iam Celsus afferat, operē pretium est cognoscere. Si quis, ait, ita legauerit, si POST KALENDAS MORTVVS FVERO, TITIO DATO. Definitio falsa est. quanquam si statim mortuus fuerit, non esse datum legatum uerius est, quam inutiliter datum. Aliud enim est, non ualere legatum, aliud non datum esse. illud ad Ius pertinet, hoc uero ad factum. At Cato loquitur de ijs quæ iure non ualent. dixit enim Q V O D I N V T I L E F O R E T : ubi subaudiendum est, ipso iure: quia uel legata res est, quæ legari iure non potest: uel ei legata est, cui legari non poterat. Verū id ex cause constitutione planius intelligetur. Intentio igitur legatarij hæc erit: Debes mihi centum ex causa legati. D. non debeo. Q. an debeat. R. qd ab initio fuit inutile, postea nō conualescit. Illud autem propterea fuit inutile, quia testator non est ante kalendas mortuus. Inutile autem dicitur, quod quo modo non ualeat. F. Imò inutile in regula Catoniana dicitur, quod iure non ualeat: id est quod ius non fuit legari. Ius autem sine-

bat & rem legari, & ei personæ legari. Disceptatio ex scripti ambiguitate nascitur: An id demum legatum à Catone inutile dicatur, quod ipso iure non ualeat: id est, quod ius nō fuit legari. Quod uero in eadem lege sequitur, aut totum falsum & negatoriū est, ut superius docuimus: aut cùm paulo antè dictum sit,
AN CAVILLAMVR? Verisimile est, addita quædā à Celso fuisse, quæ puer Tribonianī, cui ille resecandi loci negotium dederat, non satis animaduertit. cu iusmodi innumera in Pandectis nostris reperiri, uulgo iam notum est. Iam uero quod ad Pauli disputationem attinet, quæ secundo capite continetur: non incommode erit, eam quoq; ad caussæ constitutionem reuocare. Ergo qui filiā impuberē habebat, ita scripsit, FILIAE Do lego CENTVM, SI TITIO NVPITA ERIT. Deinde aliquanto post, cùm illa & pubes, & Titio nupta esset, moritur. Eo mortuo filia centum ab herede postulat. Intentio, Debes mihi centum ex caussa legati. D. non debedo, propter Catonis regulam. L. an propter
Cato-

Catonis regulam nō debeat. R. quia inutile legatum dicitur, quod testamenti tempore capi non potuit. Istud autem à puella capi non potuit, quippe quae nubilis non esset. Imò inutile dicitur, quod ipso iure fuit inutile: id est, quod ius non fuit legari. Ius autem & eam rem & ei personæ legari sinebat. Disceptatio ex eodē quo superior, fonte manauit. Nūc cetera uideamus. Cùm enim ita se hæc habeant, facile est intelligi, Catonianam regulam ad ea legata nō pertinere, quo rum dies non mortis tempore cedit: id est, quorum debitio non ex testatoris morte, sed aliunde pendet. quorum duo sunt genera. nam alia cōditionalia sunt: alia uero diem suum in hereditatis aditione positum habent. Quæ conditinalia sunt, eorum dies ex conditionis eventu pendet. l. cedere diem, D. de uerb. signific. & alijs locis peruulgatis. qua de caussa mirum non est, si Regulam Catanianam ad illa pertinere negemus. quia scilicet in hoc legatorum genere testator non præsentis, sed posteri temporis statum & conditionem spectasse intel-

B 5 ligitur,

ligitur, quasi sic dixerit, Si quo tempore
cōditio existet, ea sit & personę & rei cō
ditio, ut & illa capere, & hæc capi pos
sit. Itaque Vlpianus in D.l.cetera, D.de
legat.priua. Si res mea, inquit, mihi sub
conditione legatur, poterit legatum ua
lere: si existentis conditionis tempore
mea non sit. & paulo pōst: Purum igi
etur legatum Catoniana regula impedi
et.conditionale,non, quia ad conditio
nalia,Catoniana non pertinet. Et Iusti
nianus, D. §.an seruo , Sub conditione,
inquit,rectè legatur heredis seruo, ut re
quiramus , an quo tempore dies legati
cedit,in potestate heredis nō sit.Iam ue
rò cur legata quorum dies ab adita ce
dit hereditate, cuiusmodi sunt legata u
sus,ususfructus,habitationis:l.2.D.quā
do dies leg.item optionis:l.optione, 16.
D.de opt.legat.cur,inquam, hæc legata
ad Catonianam regulam non pertine
ant:ratio eadem est prorsus quæ fuit su
periorum. quia scilicet eorū debitio nō
pendet ex morte testatoris.qua de caus
fa dici illo tempore uel utilia uel inuti
lia non possunt . At regula de ijs nomi
natim

natim loquitur, quę mortis tempore inutilia sunt: hoc est, de ihs de quibus mortis tempore iudicari & affirmari potest, utrum utilia an inutilia sint. quod in longinquioris & remotioris temporis conditione positum est. Quę cùm ita sint, & lex Papia Poppæa iubeat legatorū diē ex apertis tabulis cedere: quemadmodum Vlpianus Institut. capite xxiiij. testatur: itēq; Iustinianus in l. un. C. de caduc. toll. præclara quæstio exoritur: An hæc regula ad legem illam non pertinet. Nonnulli enim erudití viri in ea sententia sunt, ut existiment non pertinere: propter l. ult. ubi Vlpianus ait, regulam Catonianam ad nouas leges non pertinere. quasi nouarū legum nomine Vlpianus legem Papiam Poppæam intellexerit. Sed uideamus, ne non satis tutum sit hoc affirmare, primū, quia si hoc uerum esset, sequi illud uideretur, ut Regula Catoniana ea lege abrogata, atq; ex uniuerso iure nostro sublata explosaq; esset. quod tamen falsum esse, patet ex omnium Iurisconsultorum scriptis: quæ regulæ illius explicatione atq; commemora-

moratione referta sunt. Deinde lex Pa-
pia Poppæa una lex est: ut meo iudicio
non satis commode Nouarum legū ap-
pellatione intelligi possit. Exoritur e-
tiam non minus implicata quæstio: An
Catonis regula quæ de legatis nomina-
tim scripta est, etiā ad institutiones per-
tineat. quod nemini nostrorū interpretū
dubiū uidetur: partim propter l. penult.
D. de reg. iur. ubi Paulus ait, quæ ab ini-
tio inutilis fuit institutio, eam ex postfa-
cto cōualescere non posse: partim pro-
pter l. 4. D. de regul. Caton, ubi Vlpia-
nus dilucide scribit, placere ut regula
Catonis ad conditionales institutiones
non pertineat. nam argumento à specie
ad speciem, id est, à contrarijs sequitur, si
conditionales excluduntur, puras reti-
neri. conditionalium autem institutio-
num eandem esse cum legatis conditio-
nalibus rationem: quia scilicet in illis so-
lum existentis conditionis tempus spe-
ctatur. l. liber, §. si heres, D. de heredib. in-
stit. Aduersatur tamen apertissime lex
tertia, D. de regul. Caton. ubi Papinianus
disertè ait, Catonianam regulam ad
heredi-

hereditates non pertinere. qua de causa video esse non nemine, qui pro HEREDITATES reponendum putet LIBERTATES. quippe cum libertates ab adita hereditate cedant. l. un. §. libertatis, c. de caduc. toll. Sed videamus, ne si hoc admittendum sit. Catonem imprudentiae accusemus, qui cum una eadēq; opera coniunctim & de hereditatib. & delegatis concipere hanc regulam potuisse: eam tamen de legatis tantum cōcepit. Ac mihi quidem nonnulla subesse caussa uideri possit, cur de legatis tantum hanc regulam composuerit. sed ad obiecta respondendum est. Ergo quod ad legem quartam attinet, ubi Vlpianus ait, hanc regulam ad conditionales institutiones non pertinere: non absurdē, meo iudicio, sic respondebimus: eam legem intelligendā esse de ijs legatis, quae in conditionalib. institutionib. relicta essent: id est, ab ijs hereditibus relicta, qui sub cōditione instituti fuissent. Cum enim legata ex institutionibus pendeant, conditionales autem institutiōes ex euentu conditionis pendeant, sequitur ut legata in

ta in conditionalibus institutionibus re-
licta etiam conditionalia sint. Iam uero
quod attinet ad legem penult. D. de re-
gul.iur.ubi scribitur uitiosam institutio-
nem non conualescere: respondemus,
quæ ratio & æquitas in legatis ualuit,
eandem quoque in hereditatibus uale-
re. sed non si ratio & æquitas Catonia-
næ regulæ in hereditatibus ualet, conti-
nuò etiā mens aut uerba Catonis ad eas-
dem pertinent. Itaq; eadem ipsa æquitas
in contractibus quoq; dominatur: ut ne
contractus qui ab initio fuit inutilis, ex
postfacto conualescat. nam rei meæ sti-
pulatio pura, non ualet: cōditionalis ua-
let.l.31.&l.98.D.de uerb. oblig. quia de
his demum rebus negotium rectè geri-
mus, quæ subiici usibus dominioq; no-
stro statim possunt. l. inter stipulantem,
§3.D.de uerb. oblig. neque tamen iccir-
co rectè aliquis dixerit, Regulam Ca-
tonianam ad contractus pertinere. quid
ergo est? Aequitas scilicet & ratio re-
gulæ Catonianæ & ad hereditates & ad
contractus pertinet: uerba uero, quia
de legatis nominatim concepta sunt, ne
que

que ad contractus, neque ad hereditates pertinent. Ac de regulæ quidem Catonianæ sententia satis uidetur dictum. nunc quia de hoc tradendi iuris genere per regulas & generalia quædam axiomata, mētio facta est, operè pretium esse arbitror quæ hac de re olim obseruauimus, paucis exponere.

Q V I D S I T R E =
 G V L A I V R I S : V B I E X
*plicatur l. i. D. de re-
 gul. iur.*

Caput IIII.



A V L V S Regulam iuris ita obscure ac perplexè definit, ut qui sententiam illius commode intellexerit, neminem adhuc, meo quidem iudicio, repererim. Regula est, inquit, quæ rem quæ est, breviter enarrat. quod si sic

si sic accipiendū est, quasi dixerit, Quæ
qua de re agitur, breuiter exponit, &
Rem pro Litem antiqua Iurisconsul-
torum consuetudine accipi dicamus: ri-
dicula definitio uidebitur. nam facti
narratio uel Consultorum est, uel Ora-
torum: Regulæ uero sunt Iurisconsul-
torum pronuntiata: &, ut Græci di-
cunt, κυρίας δόξα, id est (ut Cicero con-
uertit) ratæ ac firmæ sententiæ: qua-
les apud medicos sunt qui ἀφορισμοὶ, di-
cuntur: quòd (ut Galenus scribit, θεωρία
της χυλατού ἀπαντήσα τὰ τοῦ περιγυμαῖος ιδίαι
περιορίζεται. Obscurè igitur Paulus Re-
gulam dixit esse orationem, quæ rē quæ
est, breuiter enarrat: cū Regula sit sente-
tia quædam generalis, quæ ex pluriū le-
gum mente à Iurisconsultis notata atq;
animaduersa, paucis uerbis summā quā
dam earum consensionem & tanquam
harmoniam complectitur. nam eius qui
dem materia est, mens & consensio legū
longa & diuturna Iurisconsultorum ob-
seruatione notata. caussa efficiens est,
Aeumen Iurisconsultorum plurium le-
gum consensionem in summam quan-
dam

dam contrahentium. Forma autem, est sententia ipsa paucis ijsqe necessarijs uerbis summam illam expediens: finis uero facilior æquitatis ac Iuris ciuilis cognitio. Quæ omnia platius intelligentur, si modò quæ sit inter Legem & Regulam differentia, diligenter obseruemus: quod an ab ullo nostrorum Interpretu usqueadhue factum sit, euidem affirma re nō ausim. præsertim eū ne ipsi quidem Triboniano videatur quicquam huiusmodi unquam in mentem uenisse. itaqe quæ perspicue & confessione omnium Leges sunt, aut scriptæ, aut non scriptæ: eas pro Regulis nobis obtrudit. qualis est, ne löge abeamus, quæ capite secundo refertur: Fœminas ab omnibus officijs ciuilib. remotas esse. quasi uero quis quam ignoret, hoc semper, etiam ante Iurisconsultorum gentis statum, populis Ro. Ius fuisse: aut cuiquam obscurum sit, quin quod ibidem traditur, Fœminas fit subere pro alijs nō posse: Senatuscōsulti Velleianum Ius fit: aut illud, Fœminis non licere pro alijs postulare, ex edicto prætoris statum fit: aut illud, Fœminas

C iudi-

judices esse non posse, moribus populi
R.tribuatur. aperte in I. cùm prætor, D.
de iudic. Lex igitur est, quam populus
certo & cognito omnib. iure cōstituit:
Regula uerò quam Iurisconsulti ex plu-
ribus Legum capitibus notatis inter-
seq̄ comparatis elicuerunt: ut non om-
nino incommodè dicere possimus, Le-
ges esse tanquam uoces & sonos singu-
los: Regulam uerò esse tanquam harmo-
niam & cōcentum. cuiusmodi illæ sunt
quæ Veterum definitiones appellantur:
ueluti: Duas cauſſas lucrativas in eandē
rem ac personam nō concurrere: Ex qui-
bus cauſſis inficiando lis crescit, ex ijs
cauſſis non debitū solutum condici nō
posse. Noxa caput sequitur: Tot sunt sti-
pulatiōes, quot res: Agnatione sui post-
humī testamentum rumpitur. Indistin-
ctè datus tutor, in totam lité datus uide-
tur. Quanquam hoc quoq̄ loco conſi-
derandum est, nulla' ne inter Iurisconsul-
torum responsa & istas Regulas, differē-
tia sit: & an omnia eorum responsa pro
Regulis habenda sint. quòd si uilla diffe-
rentia est, quænam responsa pro Regu-
lis

Iis numeranda sint, & quæ item nō sint.
quod, meo quidem iudicio, non incom-
modè sic cōstitui poterit, si dicamus hoc
inter Iurisconsultorum responsa & Re-
gulas discrīmen esse: quòd illa plerunq;
certis personis ac rebus finita circūscri-
pta sunt: & ut Græci dicunt, ὑποθετική:
hę uero semper ad genus uniuersum per-
tinent, infinitæq; sunt: & (ut Græci di-
cunt) θετικαί. Quid si quando Iuriscon-
sulti consultationem ad genus uniuer-
sum respondendo reuocent: & si quòd
illorum respōsum θετικόν atque infinitū
est, nō tamen continuo pro Regula ha-
bendum est: sed tum demum cùm diu-
turna multorum Iurisconsultorum ap-
probatione, eā auctoritatē adeptū erit.
Nūc reliqua uideamus. Cùm enim Pau-
lus dicat, non ex regula ius sumi, sed ex
iure quod est Regulam fieri: absurdum
hoc uideri alicui possit: quippe cum &
Iurisconsultorum responsa iuris ciuilis
partem constituant: & passim Regulæ
ueteres ad controversias quæ ad genus
illud pertinēt disceptandas, à nobis pro-
ferantur. Intelligendum est igitur, cùm

C 2 Regu-

Regulæ ex uario & multiplici iure, id est ex pluribus legum capitibus concipiuntur: ac propterea ius sit Regula ipsa antiquius: quippe ex quo Regula nascatur: si quando Regula pro lege ac iure citetur, hoc non propterea fieri, quod ab ea ius tanquam ex ipso fonte & capite sumatur: sed tāquam ex laeu qui ex uarijs fontibus lōgē deductus & ad usum quotidianum paratus ac deriuatus est. Deniqz (ut uulgas loquitur) non principaliter, sed secundariō: propterea quod Regulæ sunt tanquam communes loci, qui ad usum quotidianum, & ad uitandum altè repetendi iuris laborem parati atqz instituti sunt. Iam uerò quod Paulus ait Sabinum dixisse Regulam esse tāquam C A V S A E C O N I E C T I O N E M: (sic enim recte in Florentinis libris legitur: cùm in alijs C O N I V N C T I O nullo sensu legeretur) uidendum est diligenter, ne similitudinem longius quam ratio ipsa ferat, producamus. Cùm enim causę coniectio sit, uti scribit Asconius cū litigatores qui comperēdinati ad cōstitutum uenerunt, summatim & quasi per

per indicem caussæ suæ argumentum,
& tanquam statum exponunt. Deniq;
cum qua de re agitur, breuiter enuntiāt:
certum est multis in rebus dissimilem es-
se Regulam à causæ coniectione: primū
quod hæc hypothetica est, & certæ per-
sonæ ac rei finibus continetur: illa uero
ad genus uniuersum pertinet: deinde
hæc ferè interrogandi modo, utpote
quæstio, proponitur: illa uero definitè
ait quid, aut negat. Ecquānam igitur in
re inter se similes sunt: nimirum ut caus-
sæ coniectio iura omnia litigatoris in
summam aliquam contrahit, & (ut ait
Asconius) in breue cogit: sic Regula cō-
plurium legum capita stricτim breui-
terq; complectitur, & eorum (ut sic lo-
quar) succum elicit: atq; ut nostri Alchu-
mystæ loquuntur, quintam essentiam ex-
primit. Quod autē postremo loco Pau-
lus addit, Regulam simul cum aliquo ui-
tiata est, suum officium perdere: & si per
quam dilucide ac perspicue dictum est,
nostrorum tamen hominum ineptijs at-
que argutijs inobscuratum fuit. Sensus
est enim: Cùm officiū Regule sit rege-

C 3 re con-

re cōtrouersias, si ea praua & uitiosa sit:
nūquam officium suū faciet. nam (ut ait
Lucretius) deniq; ut in fabrica , si praua
est regula prima , Omnia mendose fieri
atq; obstipa necesse est. At nostri ad Ex-
ceptiones hoc refertunt : quasi uero Exceptiones
aliquid in regula uitij demon-
strent; ac non potius, illud à regula secre-
tum ac remotum esse ostendant; ac pro-
pterea moneant, ne cum illa confundā-
tur. Quod ab exemplo facillimè intelli-
getur. Paulus ait regulam uulgarem es-
se, Patrē filio utiliter stipulari: l. quod di-
citur, 130. D. de uerb. oblig. Idem posteā
excipit, stipulationes quibus factum in
personam confertur . Vtrum' ne igitur
hec exceptio regulam uitiat, ut amplius
officium suum non faciat: an potius ip-
sam declarat, & ne quod ab ea alienum
est, cum ea confundatur, monet? Quod
idem de illa altera iudicandū est: l. quod di-
citur, 86. eo de tit. ubi Vlpianus ait, à
regula tot esse stipulationes, quot res:
excipiendas esse res quæ expressæ non
sunt,

QVID SIT POPV-
LVM FIERI FVNDVM, IN
*oratione M. Tullij pro L. Cor-
nelio Balbo.*

Caput V.

VETVS est loquutio, Popu-
lum fieri fundum, quæ à Ci-
cerone crebrò usurpatur in
ea quā habuit pro L. Corne-
lio Balbo, non tam antiquitate & inso-
lentia uerbi, quam Ciceronis ipsius ope-
ra, qui aliquid præsidij ex illius obscuri-
tate, tanquam in latebra, quærebat, ob-
scura. nam Sex. Pompeius ita locutio-
nem interpretatur, ut ad eam intelligen-
dam non multū præterea desideremus.
Fundus, inquit, dicitur populus esse rei,
quam alienat: hoc est, auctor. Quibus
ex uerbis facile intellectu est, dici tūm
populum aliquem fieri fundum, cùm in
re quapiam sua abalienāda auctor est: id
est, approbator. quod non tātū de Po-

pulo, sed etiam de quois auctore ab antiquis usurpari solitum: argumento est illud Lysitelis adolescentis apud Plautum; qui cum Charmidis absentis filia a Lesbonico virginis fratre in uxorem sibi dari pactus esset; ubi reuersum patrem audiuit, ita loquitur: Nunc mihi is properè conueniendus est, ut quæ cū eius filio egī, ei rei fundus pater sit, potior eo: hoc est, Ut filio qui mihi suam sororem absente patre despoderat, auctor sit. qd ab exemplo superiore non alienum est: quippe cum puellæ quæ nuptum elocarentur atq; in manum darentur, quodā modo ab alienari uiderentur. Simillima illius Cornelianæ caussæ ratio est. Cum enim Balbus Gaditanus ciuis natuſ es-
ſet, ſeſe tamen pro ciue R. gereret, negabat Accusator eum potuisse ſeſe in alienam ciuitatem dicare, niſi populi ſui cōſenſu: præſertim foederati: hoc est, eius qui ſuum ius integrum in ſuoſ ciues ex foederis pactione ac legibus retineret. nam cum is quise in alienam ciuitatem dicat, ab ea in qua prius fuit, abalienatur, consentaneum eſt, populum cuius ille

ille est ciuis, & pr̄sertim foederatum, au-
ctorem atq; approbatorem illius ab alie-
nationis fieri. Atq; hoc nimirum illud
est, quod Cicero significat ab Accusato-
re dictitatum in illo iudicio fuisse: cum
ita scribit: Negat ex foederato populo
quenquam potuisse, nisi is populus fun-
dus factus esset, in hanc ciuitatem ueni-
re. At Cicero qui caussæ ac temporis ser-
uire, non uerbi uim uerè explicare insti-
tuerat, Legem de auctoritate populi ex
quirenda oratoriè sic eludit, ut disputet
fundos eos dici populos, qui ius ali-
quod populi R., asciuerunt: quasi in qui-
bus ius illud, tanquam in fundo, reside-
at. Totum, inquit, hoc iudices in ea fuit
positum semper ratione atq; sententia,
ut cum iussisset populus R. aliquid, si id
asciuissent populi ac Latini, & si ea lex,
quam nos haberemus, eadem in popu-
lo aliquo, tam in fundo resedisset, ut tum
lege eadem is populus teneretur. Quod
sine dubio magis oratoriè, quam uerè
dictum est. Neq; enim præcisè atq; abso-
lutè dicitur, Populus fundus: sed coniun-
ctè populus fieri, uel esse alicui fundus:

C x neq;

neque rursus ob eam causam fieri fundus dicitur, quod in eo lex aliqua tanquam ædificium in fundo ponatur: sed quod ciuibus suis nouo & ascito iure utentibus fundamento, id est firmamento sit, item ut auctores siue patres, siue tu tores, siue uenditores firmamēto esse solent alijs, qui eorum auctoritatem ita sequuntur, ut ea perinde nitātur quasi ædificia fundo. Deniq; ut rem uerbo absoluam, hæc locutio non ad substantiæ aut qualitatis, sed ad relationis categoriam pertinet: quoniā cū dīcimus populum esse fundū, hoc significamus suis ciuibus esse fundum, ut hoc illud ue faciant: ueluti ut se pro ciuibus R. gerant: ut illa populi R. lege ac iure utantur. Tū enim populus illis firmamenti loco est: quo tanquam fundamento nitantur. Estq; hoc cū ihs quæ superius dicta sunt, sane consentaneum: ut nulla res alicuius populi sine ipsius iussu atq; auctoritate alienetur. Cū enim nouum populi R. ius asciscitur, antiqua ciuitatis iura, instituta, & leges amittuntur. Eoq; illud pertinet quod Cicero adscribit, cū lex Iulia

Iulia lata esset, qua lege ciuitas est socijs ac Latinis data, magnā contentionem Heracliensium & Neapolitanorū fuisse, cùm magna pars in ihs ciuitatibus iuris sui libertatem ciuitati anteferret: id est, cùm fundus atq; auctor suis ciuibus esse nollet, ut ciuitatis suæ leges ac iura dimitteret. Eodem etiam pertinet, quod apud Gelliū scriptum est: lib. xvij. cap. xiij. Municipes suo iure usos, neque ulla populi R. lege astrictos esse: cùm nunquam populus eorū fundus factus esset. sic em̄ is locus legendus est: non ut uulgo Po. Ro. eorū fundus, &c. Itaq; quod Cicerō ait, se si Gaditani Cornelium ciuem suum repeterent, illis respōsurum: Legem Populum R. iussisse de ciuitate tribuenda: hoc genere legū fundos populos fieri non solere: refutari facile ab aduersario poterat: cùm diceret, hoc quidem legum genere fundos populos fieri non solere; quippe quas ad suum ius ciuale non ascisserent: sed si quis ex suis ciuib. eo beneficio uti uellet, id ei ius nō fore prius q; uniuersus populus fundus atq; auctor ei in eam rem factus esset.

LACVNÆ ALI=
QVOT IN EADEM ORAT. PRO
*Balbo indicatæ: & simul menda qua-
dam typographorum sublata.*

Caput VI.

ACIT superior disputatio, ut quoniam librum hūc op-
timum Ciceronis in manib.
iam habeo, menda quædam
typographorum quæ nō paucos ipsius
locos fœdè contaminant, indicanda exi-
stimet: & huius præstantissimi scriptori-
ris studiosos nostris hisce obseruatîun-
culis adiuuandos putem. Ergo iam in-
de ab ipso orationis exorsu atque initio,
lacunam illam indicabimus, de qua an-
te uerba hæc, N A M C E T E R I S A Q V I
B Y S E S T D E F E N S V S , ex eo licet cō-
iecturam facere, quia cùm Orator cœ-
pisset ea quæ in superiorib. Cornelij de-
fensoribus erant, cum ijs quæ in seipso
ad eandem defensionem luscipendam
ualebant, comparare: postrema tamen
pars

pars quæ fuit potissima, & qua Cicero superiorem se alijs fuisse dicit, non reperitur. Cū enim ita se intulisset, quæ sunt igitur meæ partes? auctoritatis tantæ, quantam uos in me esse uolueritis, usus mediocris, ingenij minime uoluntate parvis: cùm, inquam, hæc Cicero dixisset: re quiri nescio quid in hanc ferè sententiam uidebatur: studiorum uero, & amicitiarum longè superior mea, quam aliorum, qui ante me dixerunt, ratio est. Quæ sententia cùm illi superiori loco responderet, si STVDIA, AB AMICISSIMIS, &c. tum aditum ad proximum insequenter patefacit. Nā ceteris à quibus est defensus, eum debere plurimū uideo: ego quā tum ei debeam, alio loco ostendam. Et profecto ita est, ut etiam alter locus, qui non longè à conclusione abest, perspicue ostendat, nōnulla de Cornelij in Ciceronē meritis in exordio dicta esse. sic enim Cicero loquitur: Quorum ego testimonio ac precibus munus hoc meritum huic, & ut à principio dixi, iustā & debitam gratiam refero. Videendum etiam an locus ille qui paginis aliquot interie-

46. OBSERVATIONVM
teriectis ita legitur: IPSA DENIQVE
IVLIA, qua lege ciuitas est socijs & La-
tinis data, qui fundi populi facti non es-
sent, ciuitatem nō haberent: uidendum,
inquam, an non multis uerbis deminu-
tus sit: ut huiusmodi certe aliquid deside-
retur, & locus in hanc sententiam lega-
tur: Ipsa deniq Iulia, qua lege ciuitas est
socijs & Latinis data, ita lata est, ut be-
neficio ciuitatis omnes afficerentur: nō
ut qui fundi populi, &c. Propterea enim
superiores illas de iure ciuili Leges, Fu-
riam scilicet, & Voconiam protulit, & po-
stremò Iuliā: ut illud probaret, quod su-
perius significarat, aliorum populorum
auctoritatem, non in populi R. iure, sed
in ipsorum rebus & commodis deside-
rari. Itaq ne uersus quidem insequens in-
teger atq corruptus uidetur: nam ubi
sic legitur: Itaq magna contentio Hera-
cienſiū ac Neapolitanorū fuit: Cūm ma-
gna pars in ihs ciuitatib . iuris sui liberta-
tem ciuitati anteferret. Legendū em ui-
detur, CIVITATI NOSTRAE AN-
TE FERRET. Neq uero locus ille alter
prætermittendus uidetur, quē nemo (ut
opinor)

opinor) nō duabus uocibus deminuit
esse iudicabit: qui modò sententiā pau-
lo attentius cōsiderabit. Simul illud ne-
sciebat, p̄ditorum nullam esse gentem:
emptionibus ea solere s̄ape ad alienos
homines, s̄ape ad infimos, nō legib. tan-
quā tuteles, puenire. Quis em nō uidet,
deesse aliquid & locū ita restituendū es-
se: T A N Q V A M T V T E L E S A D A-
G N A T O S , P E R V E N I R E . Atq; hæc
quidē ex ingenio & cōiectura eruditis
uiris cōsiderāda proposuimus. Illud aut̄
ex antiquo libro & meliore auctore p̄fe-
remus. nā qui locus in eadē oratione sic
legitur, A T Q V E, ut ego sentio, iudices,
causa dīcta est tēporis magis, ego nō hu-
ius, inquā, genere iudicij plura dicā: &
ab omnib. typographis rectē tanquā ui-
tiosus asterisco notatus est: is locus in an-
tiquo codice ita pulcherrimē scriptus
est: Atq; ut ego sentio, iudices, causa di-
cta est temporis magis huius uitio, q; hominis: necq; ego de tam iniquo iudi-
cij genere plura dicam. Sed de Lacu-
nis, hactenus: nam de typographo-
rum mendis addendum etiam aliquid
uidetur:

uidetur: ubi enim sic legitur: Cuius igit̄
reuera nullus: actione accusatoris, eius
unius qui dñs auit. qui si adductus gra-
tia minus idoneum hominē præmio af-
fecisset: &c. ego pro, Q V I S I, perexigua
mutatione adhibita, reponendum exi-
stimarem, QV A S I: cum alioqui nulla ei
locō sententia subſit: ut neq; in uersu in-
ſequenti, ubi terbum F E C I S S E T , sine
dubio reponendum est: hoc modo: Si
deniq; aliquid fecisset, quod non contrā
ac liceret factum diceretur. Ut illud o-
mittam, quod dux M A L I , quæ paulo
pōst, illō in locō ſequitur, Omnis eius-
modi mali ſprehēſio: neq; in antiquis,
neq; in omnib. impreſſis adiecta eſt: &
ei loco plus mali, quam boni affert. Illud
etiam ad hunc eundem ordinem perti-
nit, quod in interiore oratiōe uulgo ſic
legitur: Ac ſicubi eſſet, lex id Gellia &
Cornelia, quæ definiē potestatem Pō-
peio ciuitatem donandi dederat, ſuſtulif-
ſet: Considerandum etim uide, ecquid
potius, I N D E F I N I T E , aut (ut ſemper
ipſe loquitur) I N F I N I T E , legendum
ſit: hoc ſenſu: Etiam ſi foedere Gaditanos
exce-

exceptum esset, ut neminem Gaditanum ciuem.

R. fieri liceret: tamen lex quæ generaliter & indefinite ita scripta est, ut ciues R. sint hi, quos Cn. Pompeius de consiliis sententia singillatim ciuitate donauerit: cum (ut uulgo loquimur) indefinite idem quod universalis ualeat: illam sustulisse exceptione uideretur: ut quis ex populo ius esset Cn. Pompeio hanc alicui ciuitatem impertiri, siue Gaditanus ius esset, siue alterius ciuitatis ciuis: definite autem potestatem lex fecisset, si nominatim certam aliquam ciuitatem Pompeio prescripsisset, ex qua sola ei ciuem aliquem R. facere liceret: quod cum à Ciceronis caussa, tum ab illius totius loci sententia alienissimum esset, facile, ut spero, qui quis uel mediocriter attentus, iudicabit.

D SYBLA-

50 OBSERVATIONVM
SVBLATA QVAE=
DAM MENDA EX L.I.D. DE SER-
*uit.rust. & simul itineris, actus, uia
differentia tradita.*

Caput VII.



ARR O in libris de lingua La-
tina scribit, uiam à uehēdo di-
ctam, quasi ueham: Actū ue-
rō ab agendo. Itaq; actum pe-
des quatuor latum esse, uiam autem o-
cto. quod etiā Caius de uia cōfirmat in
l.8. D. de seruit. rust. Quibus illud con-
sentaneum est quod Vlpianus in l.j. D.
eod. disertē affirmat, uiam in se & iter &
actum continere. Itemq; illud quod Pō-
ponius ait in l. si tam angusti, de seruitut.
si iumentum per uiam constitutam duci
possit, non etiam uehiculum, actum ui-
deri acquisitum, nō uiam. At Seruius ex
contrario scribit in librum Aeneid. iiij.
uiam esse actum dimidium, qua potest
tre uehiculum. Nam actum duo carpen-
ta capere, propter euntium & redeun-
tiū

tium occursum. Quibus illud congruit,
quod eodem loco Vlpianus ait, actum
esse ius agendi uel iumentum, uel uehi-
culum. Itemq; Modestinus in l. inter, 12.
D. eod. Actum esse ubi & armenta trañ-
cere, & uehiculum ducere liceat. Sed et
Paulus in l. qui sella, 7. eod. Qui actum
habet, inquit, & plostrum ducere, & iu-
mēta agere potest. Videamus igitur ec-
quid hoc modo cōciliari hæc possint: si
dicamus, priora illa ex proprietate, no-
tatione & ueritate uocabulorum ducta
esse, posteriora uero ad consuetudinem
sermonis quo in seruitutum stipulatio-
nibus utebantur, potius quam ad ety-
mologiam uerborum esse accommoda-
ta. Nam stipulationū formula, V T I R E
A G E R E L I C E A T : & actum & uiām
ita complectitur, ut nihil necesse sit ad-
dere uerbum V E H E R E. Cuius rei ratio
hæc est, quia qui uehiculum ducit, iumē-
cum, id est, uel bouē uel equum, qui ue-
hem trahit, agit. unde lex in xij. Si uia sit
immunita, qua uolet iumentum agito.
Quare cui agendi ius absolute concessum
est, ei non modò armētum aut gre-

gem, uerū etiam uehiculū agendi facul-
tas permissa intelligitur. Mirum est ta-
men, Vlpianum Actū in l. prima sic defi-
nire, ut sit ius agendi uel iumentum uel
uehiculum. Nam cùm uehiculum à iu-
mentis ducatur, frustra illa disiunctione
utitur: uideturq; pro I V M E N T V M po-
tius Armentū reponēdum esse: & item
paulò pōst: Qui actum habet, & iter ha-
bet, etiam sine iumento: ubi A R M E N-
T O potius legendum uidetur. Quin &
paulo antē, ubi sic scriptum est, Iter est
ius eundi, ambulandi hominis, non etiā
iumentum agendi: sententia tenebrico-
sa est. Modestinus enim in l. inter, 12. D.
eod. scribit eum qui iter habet, posse &
peditem & equitem illac commeare. Ri-
diculum autem esset, cui equo uehi per
aliquem locum ius est, ei negare ius esse
suum equum manu per eundem locum
ducere. quod tamen nonnullis placere
uideo, propter l. qui sella, 7. eod. ubi
Paulus sic scribit: Qui sella aut lectica
uehitur, ire non agere dicitur: iumentum
uerò ducere non potest, qui iter tantum
habet. Quare utroque loco pro iumen-
tum,

tum, uocem ARMENIUM reponendā
arbitror, meāq; sententiam nonnullis e-
ruditis uiris probari.

A L I Q V O T M E N =
D A E L I B R O C I C E R O N I S D E O F.
ficijs primūm sublata.

Caput VIII.

ICERO libro de Officij s pri-
mo, duo iustitiæ genera fecit:
prius ut ne cui noceatur, alte-
rum ut communi utilitati ser-
uiatur. contrà quoq; duo Injustitiæ gene-
ra constituit. alterum eorum qui inferunt,
alterum eorū qui ab ijs quibus infertur,
si possint non propulsant iniuriam. Hoc
autem posterius persequens pag. 8. sic
scribit: Itaq; uidendum est, ne non satis
sit id, quod apud Platonem est in philo-
sophos dictum, quòd in ueri inuestiga-
tione uersentur, quodq; ea quæ pleriq;
uehementer expetunt, de quibus inter-
se digladiari solent, contemnant, & pro-

D 3 nihilo

nihilo ducant, propterea iustos esse. Nam dum alterum iustitiae genus assequuntur, inferenda ne cui noceant iniuria, in alterum incidunt. Descendi enim studio impediti, quos tueri debent, deserunt. Verum hoc in loco mirum est animaduersum adhuc à nemine fuisse duo hæc uerba deesse: IN I V S T I T I A E G E N V S : ut sic legatur: Nam dum alterum iustitiae genus assequuntur, in alterū iniusticie genus incidunt. Primū, quia uox ALTERVM ad secundum iniustitiae genus respicit, ut ex insequentibus uerbis appareat: quibus illud exponēs, ait, quos enim tueri debent, deserūt. Deinde quia incidere in genus Iustitiae, pro committere, peccare, delinquere, Latinè, ut opinor, non dicitur. Sed paucis uerbis interiectis locus est, qui facile omnem du bitationem tollit: ubi sic scribitur: Qui dum altero iniustitiae genere uacant, in alterū incidūt, deserunt enim uitæ socie tam, &c. Quinetiam paulo post aliud mendū video, ubi sic legitur: Sed incidunt sæpe tempora, cū ea quæ maximè uidentur digna esse iusto homine, eoq; quem

quem virum bonum dicimus, commutantur, fiuntque contraria. ut non reddere depositum, etiam ne furioso promissum facere. legendum enim ita esse, V T R E D D E R E D E P O S I T U M, non etiam in furioso promissum facere: & loci sententia perspicue declarat, & locus libri tertij similissimus, ubi sic loquitur: Ergo & promissa non facienda nonnunquam, neque semper deposita reddenda sunt. si gladium quis apud te sanæ mentis deposuerit: repetat insaniens: reddere, peccatum sit, non reddere, officium. Verum hæc quidem ex ingenio. Illud ex antiqui Codicis auctoritate, quod subsequitur. Nam ubi vulgo legitur: Q V A E Q V E pertinent ad ueritatem, & ad fidem, ea negare interdum, & non seruare sit iustum. Manuscriptus liber MIGRAIE luculenter scriptum habuit: insigni & præclara sententia. siquidem Migrare legem pro transilire, transgredi, peccare, idem auctor alibi eleganter dixit. ut libro de Legibus tertio, quod quis earum rerum mi-

grassis, noxiæ poena
par esto.

OBSERVATIONVM
D E V S V R I S R V=
S T I C A N I S E X C O N S T I T U T I O-
ne Iustiniani Nouella xxxiiij.

Caput IX.



V S T I N I A N V S Nouel-
la xxxiiij. ubi modum usura-
rum definit, quas ab agrico-
lis stipulari liceat: summatim
hoc cōstituit, ut pro anima minutarum
frugum usura, non amplius octaua mo-
dij parte, in singulos modios exigatur:
pro usura pecuniarū, siliqua in solidos
singulos. Minutas autem fruges cū Ci-
cerone appello, quas nostri species: ue-
luti triticum, hordeum, auenam, & que
legumina uulgo nominantur. Huius au-
tem usuræ rationem nuper accurate per
pendens, eamq; ad legitimarum usura-
rum proportionem reuocās, paruo cal-
culi labore adhibito animaduerti, Iusti-
nianum apud barbaras gentes, Scythiā
nimīrum & Mœsiām, pro consuetudi-
ne sermonis popularis ita locutum esse
cūm

cum Latino sermone utēs, dicturus fuisset: frugum quidem usuram esse deberi centesimam: pecuniæ uero numeratę, trientem. Quod hoc modo facile cuius perspicere licebit. Nā si in singulos modios octaua modij pars admetienda est: hoc est unus tertarius: in modios centenos, duodeni medijs annuatim præstanti erunt. Hæc autem centenarij numeri pars est propemodum octaua: quatuor enim ad numerum centenarium, tantummodo desunt. Nam octies duodecim, efficiunt nonaginta sex. At usura centesima dicitur, cū in singulos centenos duo decim penduntur. hic enim est, quē assēm usurarium facimus. Ut facile apparet, Iustinianum barbaris nationibus leges Romanas tradentem (quibus legibus usuram centesimam in mutuo frugum minutarum constitutam esse iam pridem in libello de usuris docuimus) nulla per exigui discriminis ratione habita satius duxisse, populari earum sermone utendo, intelligi, quām exactam rationem strictè & pressè obseruantem scrupulum imperitæ & tardæ multitudi

53. OBSERVATIONVM
ni inīcere. Quod eodem modo, contra-
ria tamen ratione, facere in usura pecu-
niaria uoluit. Nam in illa frumenta-
ria usura, quatuor desunt: hīc, quatuor
superāt. Cū em̄ si Latinis leges dedisset,
& Latinè locutus esset, dicturus fuerit,
non amplius triente ab agricolis exigē-
dum esse: Scythico sermone cùm Scy-
this loquens, nulla paruuli discriminis
ratione ducta, siliquas singulas dixit, in
singulos aureos. qua ratione quatuor tā
tummodò ad exactam trientis propor-
tionem decurso anno supersunt. Nam
Aureus solidus per illa tempora pende-
bat quatuor scrupula, scrupulum autem
senas siliquas. Ita in aureo quatuor & ui-
ginti siliquæ reperiuntur: ut iam appa-
reat, cùm si triens pēderetur, in singulos
cētenos quaterni anni, id est, silique no-
naginta sex præstarentur: nunc cùm sili-
quæ singulæ in aureos singulos pendū-
tur: si centeni sint aurei, quaternos au-
reos annuatim pendi, cum siliquis qua-
tuor: id est, centum siliquas. Ex quo in-
telligitur, quanta fuit in octaua frumen-
taria ad centesimam defectio, tantam es-
in se

se in siliqua pecuniaria ad trientem exuperantiam. quæ quia parua admodum est, nihil fuit incommodi, ut in rotundo numero, populi Romani consuetudinem imitantes: à quo Centumuiri perpetuò dicebantur, cū tamen centum & quinque essent. uerùm hæc quidem ita se habent. Quod autem de Assē usurario diximus, sic accipiendum est, ut in libello de Vsuris docuimus: Iurisconsultos à Gracis hoc sumplisse: ut sortem quantacunque illa esset, semper ad numerum centenarium redigerent. Ipsos autem hoc excoxitasse, ut quia summa usura est, cùm certissima sortis parte per singulos menses soluenda duodenos quotannis numos in singulos centenos pendimus: propterea summum hunc usurarum gradum, in quo duodecim numi anni sunt, Assē usurarium nominarent: & ex eo, nō mestruo, sed annuo singulas assis partes suis nominibus appellarent. Siquidem & Bes, & Semis, & Triens usurarius nō ex mestrua, sed annua pēsione appellat: cū scilicet annis singulis octoni, aut seni, aut quaterni in singulos certenos penduntur.

DE EO QVOD INTEREST.

Caput X.



NTERESSERE Latinè dicitur, cùm aliquod interuallū interpositū esse significamus. Veluti cùm inter æs & aurū plurimū interesse dicimus. Multum enim inter utriusque pretium interpositum esse significamus. Itaque cùm quid factum est quod conditionem rei familiaris alicuius patris fam. deteriorem effecit, ueluti cùm seruus eius heres ab aliquo institutus, imperfectus est: preciosè dicere solemus, per magni illius interesse: cùm plena locutione sic explicetur, multum inter hanc illius & superiorem rei familiaris conditionem interesse: ut fortasse nō omnino incommodè id quod interest, definiri hoc modo possit: Discrimen quod inter eam conditionem quæ in re familiarī alicuius uel antea fuit, uel omnino futura erat, & eam quæ nunc est, per alterius culpam contigit. Propterea autem addi-

addidimus V E L O M N I N O F V T V R A
E R A T, ut intelligatur interesse dici, nō
tantū ubi damnum acceptum est, sed
etiam ubi lucrum auersum impeditūq;
est. quippe cùm Paulus in I. si commis-
sa, 13. D. rem rat. hab. ita scribat, si cōmis-
sa stipulatio est, in tantum competit a-
ctio, in quantum interfuit: id est, quantū
mihi abest, quātumq; lucrari potui. Cui
loco sententiæ sunt in lute ciuili conser-
taneæ innumerabiles. intelligendum est
autem id quod interest dici communiter
omnibus in rebus, siue corporalib.
siue incorporalibus, præter pecuniam
numeratam, & species quæ pondere, nu-
mero, mensura constat. Quoniam in pe-
cunia quidem numerata propriè usura
dicitur, quæ quamuis nihil aliud sit, q;
id quod interest lege definitum ac cir-
cumscriptum, tamen siue quia suum &
proprium nomen habet, iiccirco docen-
di caussa ad solam pecuniam numeratā
accommodatur: siue quia facilis est ubi-
que terrarū paratio numorum saltē sub
usuris legitimis & apud argentarios, l.
non existimo, D. de ad min. tut. in specie
bus

bus autem non eius quod interest, sed
quanti plurimi æstimatio dici solet: pro
pterea quòd nihil potest in ijs singula-
riter interesse, quæ non ex specie & cor-
pore suo æstimantur, sed ex genere,
quod uulgare est, & passim facile at-
que undecunque parari potest. Atque
hæc quidem ita se habent. Nunc illud
scire oportet, eius quod interest duas
esse partes. Nam interdum in sola re
principalí consistit, interdum & multò
frequentius in eius accessione. quod
Vlpianus his demonstrat uerbis: Si res
uendita non tradatur, in id quod in-
terest agitur, hoc est, quòd rem habe-
re interest emporis. Hoc autem inter-
dum pretium egreditur, si pluris inter-
est quam res ualet, uel empta est, l. j. D.
de act. empt. Nam cùm ascribat I N-
T E R D V M P R E T I V M E G R E-
D I T V R , perspicue demonstrat, in-
terdum etiam non egredi. Quod ab e-
xemplo facilius erit intelligi. Nam fin-
gemihi seruulum à Titio uiginti aureis
uenditum, quem Aurelio sub pœna de-
cem aureorum dare promisi. Si Titius
seruum

seruum non tradiderit: & propterea pœnam commiserim: interest inter meam conditionem quæ nunc est, & quæ olim fuit: primum quantitate uiginti aureorum, quanti res principalis fuit: deinde quātitate aureorum decem: quāta fuit pœna commissa: ut discriminem inter superiorem & præsentem conditio- nem inita ratione, ad summam, aureo- rum sit triginta. Rursus finge non pluri- sis interfuisse, quām quanti res princi- palis fuit: id est xx. aureis. tamen actio- nis ex Empto formula non sic preciſe concipiatur, ut rem, aut rei quantita- tem, id est, aestimationem petat, sed ab- solutē & simpliciter, quanti quanti em- ptoris interfuit. quod Impp. in l. sicuti duodecima, c. de act. empti, perspicue demonſtrant, ubi aiunt, actionem com- petere, non pretij quantitatis, sed quan- ti interest emptoris. Itaque eius actio- nis formulam hanc Cicero in libro de Officijs iij. prodit. Quicquid te mihi eo nomine dare facere oportet. Id est, so- lam aestimationem rei, si quidem mea nihil intersit: si uero intersit, quantum mihi

mihi eo nomine abest. Quinetiam uideo Vlpianum in l. ult. D. si quis in ius uoc. perspicue id quod interest dixisse, pro Quanti ea res est, ut patet ex l.2.in fin. D. qui satisd. cog. Et omnino sic usurpatur pro rei principalis aestimatione, in l.eum qui, 14. §. ult.l. si uendidero, 80.§.j.D. de furt. Quapropter empti actio etiā si nihil intersit, uelut si mihi seruitutem per tuum fundum eundi agendi ad eum quem meum falsò existimabam, uendidisses, & postea constiterit, meum illum fundum non esse, tamen suam illam formulam, ut quanti interest prestetur, retinebit. Hæc cùm ita sint, tamen illud intelligendum est, Juris consultos hoc loco ut ſepe alias, disciplinæ & perspicuitatis cauſſa, differentia uocabulorum uti, & ueram rei principaliſtæ aestimationem ab eo damno quod ex trinsecus accessit, plerunq; distinguere. Veluti cùm Paulus in l.euicta, 70. D. de euict. ſic ſcribit: Euicta re, ex empto actione non ad pretium duntaxat recipiendum, ſed ad id quod interest competit. Item Vlpianus in l.j.§. considerandum,

D.de

D. de tut. & rat. distr. Et magis, inquit, esse arbitror, in hac actione quod interest non uenire, sed rei tantum aestimationē. Item in l. hæc uerba 193. D. de uerb. sig. Hæc uerba, Quanti eam rem paret esse, non ad id quod interest, sed ad rei aestimationem referuntur. Quod etiam licet animaduertere in l. si fundus, 33. D. loc. l. un. in fine, D. si quis ius dic. l. Stichum, 55. D. ad legem Aquil. l. 4. §. in eum, D. de damn. infer. l. Titius, 43. D. de act. empt. l. 2. §. in hac act. D. de ui bonor. rapt. Quanquam illud etiam obseruandum est, hæc uerba, quanti ea res est, non nunquam etiam id quod extrinsecus interest continere. Itaq; cūm lex Aquilia scripta sic esset, Q V A N T I E A R E S P L V R I M I F V E R I T: Iurisconsulti in l. ait lex, 21. & l. seq. scribunt, non solum corpus aestimandum esse, quanti fuerit, sed etiam quanti nostra interfuit, ac pro inde si seruum occidisti, quem sub poena tradendū promiseram, utilitatem in hoc iudicium uenire. Similiter Vlpianus in l. 4. §. in eum, D. de damn. inf. In eum, inquit, quanti ea res est iudicium datur: qd

E non

non ad quantitatem refertur, sed ad id quod interest. Quod eodem modo licet perspicere in l. 9. 10. & 11. D. de seru. corrupt. & l. 3. in fi. D. uti possid. l. in bonæ fidei, 36. D. de pecul. l. quoties quis, si. D. de uerb. oblig. l. pen. D. ne quis eū qui in ius. l. pen. D. si quis caut. l. arbitror, 18. D. de dolo malo. l. ult. de præt. stipul. Verum hæc quidem hactenus. Deinceps illud planius considerandum est, quod strictem superius attigimus: Huius interesse (hoc enim uti uerbo nihil est incommodi, quod & in scholis nostris tritum est, & exempla apud ueteres habet non aspernanda.) Huius igitur interesse duo sunt genera. Aliud enim ex damno accepto, aliud ex utilitate interuersa & impedita æstimatur: quod superius probauimus ex l. si commissa, 13. D. rem rat. hab. Et auctoritatem habet perspicuā, in l. un. C. de sent. quæ pro eo quod interest propter l. pen. D. si quis caut. l. 4. §. i. D. fin. regund. l. eum qui, 14. §. ult. l. si uendidero, 80. D. de furt. l. 2. & 3. D. de eo quod cert. loc. Itaque Iurisconsulti passim utilitatis uerbo, & eo quod interest pro-

promiscue & communiter utuntur: ueluti in l. proinde, 22. ad leg. Aquil. ubi cū Vlpianus dixisset, æstimationē eius qđ interest deberī, Paulus sic intulit: Proinde si seruū occidisti quem sub pœna tradendum promiseram, utilitas uenit in hoc iudiciū. Hinc Vlpianus in l. seq. scribit, Si seruus hæres institutus occisus sit, etiam hæreditatis æstimationem præstādam esse. Quod autem de utilitate dicimus, id de ea demū utilitate quę uera, & certa, & explorata est, intelligi oportet: non autem de incerta utilitatís opinione, qualis est ea quæ in fortuna, & incerto rerum futurarum euentu posita est. ueluti si uendor uinum aut triticum nō tradiderit de quo negotiarī emptor potuit, & magnum mercator quæstum ex ea negotiatione facere: l. si sterilis, 13. §. 3. D. de act. empti. Aut ea quæ ex cuiusq; hominis studio atq; affectione nasci uidetur: ueluti si seruus qui filius meus naturalis erat, occisus sit. l. pretia rerum, D. ad leg. Falcid. l. si seruū. D. ad leg. Aquil. aut si fundum amisi qui maiorum meorum fuerat, uicinum ueamicum quen-

O B S E R V A T I O N V M
dam meus habebat. I. si cui in fi. D. de le-
gat. secūdo. I. si in emptiōnē, 35. D. de mi-
norib. I. libertus, 36. D. de bonis li. primū,
q̄a interesse de quo disputamus, in re fa-
miliari cōsistit: quēadmodū in definitio-
ne significauimus. Deinde quia æstima-
ri hominū studia & affectiones nō pos-
sunt. Nos autē eius quod interest estīmā-
dīrationē inquirimus. Prēterea quia per
rara & minuta illa sūt quorū ratio à iuris
cōsultis non magnopere habet. Postre-
mò quia quemadmodum quisq; animo
affectus sit, & quod quisq; sibi studium
ac desideriū singat, ad lus ciuale nō perti-
net. Nunc proximum est, ut quot sint e-
ius quod interest genera consideremus.
Ego quidem duo summa reperio. Vnū
finitum, & circumscripturn. Alterum in-
certum atq; indefinitum. Finitum est cu-
iūs summa, conuentione certa defini-
ta & circumscripta est: quæ quia poenæ
uim obtinet, iccirco poena uulgo nomi-
natur in l. stipulatio ista, §. alteri. D. de
uerb. oblig. Vbi Vlpianus, In poena, in-
quit, nō amplius quid interfit queritur,
sed quantum conuentum sit. Id autem
pro-

propterea fieri consueuit, quia cūm quā
ti cuiusq; intersit in facto, non in iure cō
sistat:l. quatenus, D.de regulis iuris: diffi
cillima autem eius probatio sit:l. ult. D.
de prætor. stipul. §. ult. de uerbor. oblig.
Satius & expeditius fuit, eius summam
certa aliqua & pacta conuentione ita
circumscribere, ut etiam si nihil intere-
set, ea tamen præstaretur: nimirum quia
quod plerunq;, & ut nostri loquuntur,
ως ἐπὶ τὸ τλεῖσθαι accidit, spectamus: ple-
runq; autem accidit, ut intersit. Deinde
quia quod futurum videbatur, in stipu-
lationem deductum est: ut ridiculè qui-
dam arguti uideri uelint, qui ex eo loco
disputant, pœnam commētam, & Inter
esse siccirco diuersa esse: quia illa etiam
ubi nihil interest, petitur. Non enim lu-
risconsultus præcise hoc intelligi uoluit,
etiam si nihil intersit: sed non uocari in
quæstionem utrum intersit, necne: uerū
id sumi, & præsupponi, quoniam nū-
quam ferè accidit quin intersit. Cūm igi-
tur certa & definita sit huius interesse
quantitas, & quantum in stipulationem
deductum est, tantum omnino solui de-

beat: nihil est quod de ea à Iurisconsultis disputari possit. Infinitum autem Interesse illud appellatur, cuius quantitas incerta & obscura est: quoniam (ut paulò antè posuimus) eius omnis quæstio in facto, hoc est, in coniecturis & fallacibus argumentis posita est. de quo nobis hoc libello scribere propositum est: nam eius quidem quantum existimare possumus, bipartita diuisio uidetur: ut aliud sit commune, ordinarium, usitatū, frequens, quotidianum, uulgare: aliud uero inusitatum, insolens, inopinatum, improuisum. Commune est, quod sine aliquo insigni & inusitato damno, mediocre aliquo cum incommodo usuuerit. Veluti cum res commodata deteriore est reddita, & accepta. l. 3. §. j. D. commod. Vel cum rem alienam sciens quis ignorantia uendidit. l. seruus, 30. §. si sciēs. D. de act. empt. Vel cum mensam nō citream quis uendidit pro citrea. l. si sterilis, 21. §. 2. D. eod. Extraordinariū est cum insigne aliquod damnum præter opinionem & consuetudinem acceptum est: insignis' ue utilitas amissa. Veluti si pecus

cus morbos a uendita est, cuius cōtagio
ne grex totus interiūt: aut tignum uitio-
sum uenditum, cuius uitio domus in il-
lud incumbens corruīt: aut dolium ui-
tiosum uenditum, cuius uitio uīnum o-
leum ue infusum corruptum est: aut ser-
uus occisus qui hāres opulētæ alicuius
hāreditatis institutus fuerat: aut uīnum
triticum ue emptori non traditum, cu-
ius ex negotiatione magnum uendor
qui mercaturam exercebat, quēstum fa-
cturus erat.

Hæc cùm ita sint, proximum est, ut
uiam aliquam inuestigemus, qua infini-
tum istud interesse si minus uerè ac yeo-
μετρικῶς, uerissimiliter saltem & proba-
biliter æstimare ac definire possimus.
Quod, mea quidem sententia, commo-
dius fieri non poterit, quām si damni ac-
cepti cauſas cōſideremus. Cauſa nanq;
alia est uī sua, & ut uulgus loquitur, im-
mediate efficiens, ueluti cùm quis ma-
nu sua & gladio immittendo seruum oc-
cidit. Alia est adiuuans, &, ut Dialectici
loquuntur, sine qua non: ueluti si uenditor
triticum non traxerit, cuius penu-

ria serui mortui sint. l. si sterili. §. 3. D. de
act. empt. Ergo si mei iudicij quid es-
set, statuendum hoc modo existimare:
ut quibus casibus subeffet caussa dam-
ni accepti lucrī ue impediti necessariō
& ui sua conficiens , ijs casibus quanti
quanti illud esse constaret, siue dolus , si
ue culpa intercessisse dicereſt, tanti reus
damnaretur. Aequitati enim naturali cō
sentaneum est , ut is qui damnum intu-
lit, illud in solidum resarciat. Cuius rei a-
liquot exempla disciplinæ caussa pro-
ponenda sunt. Ponamus igitur Stichum
seruum meum à Titio imperfectum, quē
sub pœna dare promiseram. Paulus in l.
proinde, 22. D. ad legem Aquiliam, sta-
tuit, quia Titius caussa huius damni fuit,
eum pœnam quoq; quam præstare co-
actus sum , eo iudicio luiturum. Verū
utrum de dolo tantum, an etiam de cul-
pa hoc intelligendum est? Nam in iure
ciuili magna inter dolum & culpam dif-
ferentia seruatur; necq; enim tantopere
is qui in culpa est, quam qui dolum ad-
misit, punitur. l. cùm autem, §. excipitur,
D. de ædil. edict. Sed & lex Aquilia &
qui

qui ad eam scripserunt Iurisconsulti, nobis de ea re dubitandi occasionem omnem præciderūt: cùm toties inculcetur, iniuriam in ea lege etiam pro culpa intelligentiam esse: eamque rem copiose in Institutionum commentarijs explicauimus: ut affirmare non dubitemus, etiam eum qui imprudens seruum hæredē institutum occidit, solidum id quod inter est debere: ex d.l. proinde, & seq. Causa enim illius damni fuit certa & necessariò cōficiens. Exemplum porrò aliud suppeditatl. Argentarius, 10. §. 2. D. de edendo. Vbi si argentarius rationes non edidit, & ego propterea condemnatus sim, uel quod petebam, non obtinui, eo quod nō habuerim rationes, Vlpianus statuit, illum in eam quantitatem condemnandum esse. Item si quid amisi ob eam rem, quia per te factum est, quomodo in ius uocatus se sisteret: ueluti si tempore rei dominium sibi acquisierit, aut actione liberatus fuerit, Julianus in l. 3. D. de eo per quem fact. respondit hæc damna in iudicium uenire. Itē si uiator uitiosa uasa uendiderit, aut locarit: & o-

E 5 leum

leum infusum corruptum sit, aut effluxerit, l. sed addes, 19. §. j. D. locati, l. tenetur &c. §. si uas. D. de act. empt. Itē si faber materialius tigna uitiosa mihi uendiderit, quibus ædes meas fulcirem, & ædes propterea corruerint : aut aliquis morbosum pecus sciens uendiderit, &c. pecora contagione perierint : hæc omnia dāna præstanda erunt. l. lulianus, 13. D. de act. empt. Ac de uera quidem efficienti uel dāni, uel utilitatis cauſa, hactenus. Deinceps de adiuuāti & longè petita causa considerandum est. Nam Paulus quidem in l. si sterilis, 21. §. 3. D. eod. ita scribit: Si uendor uinum sua die non tradiderit, & propterea emptor quæstum illum amiserit quem ex negotiatione illius uini facturus erat, non tamen illud damnum præstandum esse. Quid ita: nimirum quia culpa uendoris non fuit cauſa illius damni efficiens, quippe cum traditio non habuisset certam & necessariam uim illius utilitatis efficiendæ: ut pote quæ in fortuna & incerto euentu posita erat. Nos autem in definitione dicimus, id quod interest esse discriminem inter

inter eam conditionem quæ olim fuit, uel omnino & certè futura fuerat, &c. Quod eodem modo iudicandum est, si triticū emero, & ob eam rem quòd non sit traditum, familia mea fame laborauerit: neque enim pretium seruorum fame necatorum consequar: quippe cùm culpa non tradendī sola per se ac ui sua dānum illud non effecerit: debui enim aliunde cibaria meis seruis quærere: & si pluris ea comparassem, quanti mea interfuisset petere. Culpa igitur & negligentia mea caussam illius interitus, non uēditoris mora præcipue sustinet. Idēq; de equo statuendum est, quem propter eius qui fœnum uendiderat, moram ac negligentiam, fame necari siueram. De bui enim aliunde illi cibum saltem ad diem unum parare: & postridie alio illū abducere, & quanti mea interfuisset petere. Mortis autem caussa efficiens non tam uēditoris culpa, quam mea ignavia fuit.

Sed hoc loco duæ subobscuræ & subdifficiles quæstiones occurrunt, de quibus necessariò nobis explicandum est.

est. Nam Vlpianus in d.l. Julianus, D. de act. empt. ubi agit de eo qui uitiosum tignum morbosam ue pecudem uendiderat, distinguendum esse scribit, inter eū qui sciens, & eum qui ignorans uenderat, ut si sciens uenderat, id quod interest praestare debeat: si minus, nō debet. quod eodem modo statuitur de eo qui saltum pascuum locarat, in quo herba mala nascebatur. l. sed addes, 19. §. j. D. locat. & l. tenet, §. si uas, D. de act. empt. Item de eo qui interpolata uestimenta prououis, aut uas aurichalcum pro auro uenderat l. Labeo, 45. D. de cont. empt. Non iniuria igitur queri posset, cum scientia & ignorantia nihil ad damni efficiendi differentiam ualeant: id est, cum non minus ignorans uendor dānum det, quam sciens & prudens: quam obrem eum qui sciens fuerit, damnemus: qui ignorans, absoluamus & cū superius illam regulā absolute & simpliciter tradiderimus, eum qui damni cauſa efficiens fuerit, damnandum esse. Sed respon demus, ob eam cauſam id constitutum esse, quia multæ ob dolum tantum cul pam' ue

pam ue commissam irrogantur. Condē
natio autem in id quod interest, poena
est: itaq; nominatim appellatur in I.un.
C.de sent. quæ pro eo quod int. & l. ult.
D.de eo quod certo loco. Ignorantia au-
tem plerunq; culpæ expers est. Cur au-
tem plerunq; dixerimus, mox exponen-
di locus erit. Nam altera dubitatio exo-
ritur ex eo, quòd cùm Vlpianus & Iuliā
nus statuant distinguendū esse inter uen-
ditorem tigni uitiosi, aut pecudis mor-
bosæ, scientem, & ignorantem: tamē in
d.l. sed addes, nihil discriminis statuatur
inter eum qui sciens, & eum qui impru-
dens uasa uitiosa uendiderit. Verūm pa-
rata quoq; responsio est: si modò illud
intelligatur, ignorantiam artis in ijs cul-
pari, qui eam artem profitentur, l. si quis
domum, 9. §. Celsus, D. locat. l. illicitas, σ.
§. sicuti, D. de offic. præs. Itaq; si ponatur
uitiosa res ab eo uendita, qui eius artis
scientiam profitebatur: ueluti si uietor
dolia uitiosa uendiderit, aut faber tigna-
rius tignum uitiosum, siue prudens, siue
imprudens id fecerit, nihil interest: pro-
pterea quòd in professore alicuius artis
imperi.

imperitia culpæ annumeratur. At si quis
alius (ut sæpe numero usuuerit) eas res
uendiderit, ignoratia culpæ est expers.
ut facile appareat legē, Julianus, ubi de
tigni uendor loquitur, non de fabro
materiario, sed de alio intelligendam es-
se. Contrà uero legem, sed addes, de uie
tore & artis doliariæ professore accipiē-
dam esse. Ei' que disputationi conser-
taneum est quod h̄isdem in locis addi-
tur: Ignorantiam in locatore saltus pas-
cui, in quo herba mala nascebatur, item
quæ in uendor morbosæ pecudis ex-
cusari: quia rerum illarum ars profes-
sioq; nulla est.

Verūm ut ad institutum reuertamur,
& iam uiam quandam eius quod inter-
est aestimandi reperire possimus, nō om-
nino incōmodè, meo quidem iudicio,
constitui hæc disputatio hoc modo po-
terit: si dicamus, ijs casibus quibus com-
muni quadam & quotidiana ratione, id
est, sine inuisito & insigni aliquo detri-
mento interest: primum, si damni quāti-
tas certa & explorata est, eam esse seruā-
dam; si uero obscura & ambigua est, tū
ita

ita condemnationem faciendam esse, ut
nunquam alterum tantum superetur: sed
dupli modus perpetuo seruetur. quoniam
æquum uidetur quamq; rem domi-
no suo non amplius damni, quam quan-
tum alterum tantum complectitur, affer-
re. quemadmodum Iurisconsulti in illa
duplæ multa, quam in euictionibus cō-
stituerunt, non obscurè significant. Idq;
etiam argumentari licet ex l. Titius, 43.
cum leg. seq. 44. D. de act. empt. Et ex
l. si tibi, 25. c. de euict. l. si fratres, 7. c. cō-
mun. utrius iud. Vbi Imperatores ratio-
nem Duplæ cum ratione eius quod in-
terest, planissimè comparant: optionē
facientes emptori uel duplum petendi,
uel id quod interest. Præterea aliud ar-
gumentū suppeditat cōsideratio stipula-
tionis pœnæ, quā superius docuimus, ni
hil aliud esse q; definitionē eius, quod in-
terest, l. ult. D. de stipul. præt. Atqui ne-
mo est, sensus qdē cōmuniſ cōpos, qui
nō absurdū esse fateat, amplius q; alterū
tantū in illā pœnē stipulationē cōcludi.
Quid enim iniquius esset, quam eū qui
equum triginta aureorum sibi dari stipu-
latus

latus est, postea subiçere, Et, si illū non dederis, dabis poenæ nomine septuaginta, aut centum? Quare moderata & iusta ratio eius quod interest æstimandi, videbitur, in casibus quidem quotidiani & communibus, si dupli modus & quantitas obseruetur. Necq; dubito quin illud ipsum Imp. Justinianus spectarit in illa nobili, & uexata lege unica, C. de sent. quæ pro eo. Vbi Tribonianus, quantum homo in Latina lingua hospes & peregrinus, potuit, sensum suum exprimens, ait, ijs casibus qui certam naturā uel quantitatē habent, duplum excedi non oportere. Casus enim certæ naturæ uel quantitatis, casibus incertis posterius opponens, perspicuè meo iudicio demonstrat, cùm incerti casus interesse n̄ sint, quib; præter opinionem, & quotidianum rerum humanarum cursum interesse aliquid insigne contigit, eos certæ naturæ uel quantitatis ab eo dici, quorum usitata & frequens & communis rerum cursu atq; ordine propriodū certa natura uel quantitas est: ueluti si is cui equus aureorum triginta com-

commodatus esset, sic eo abusus sit, ut eum decem aureis deteriorem fecerit: uel si qui cōtreā mensam uendere se dicebat, non cōtreā tradiderit: quis est rerum quidem humanarū nō omnino imperitus, qui ex quotidiano & communī uitaē humanae cursu non possit naturā & quantitatē illius dāni æstimare? Quā de caussa, certam illam eius quod interest quantitatem Iustinianus appellat: id est, non insolentē, neq; extraordinariā, neq; opinionem & communem rerum humanarum cursum superantēm. Quod eodem modo dici potest de eo, qui rem alienam sciens ignorantē uendiderit: quē Paulus scribit, etiam antē quā euincatur in id quod interest teneri. l. seruus, 30. §. si sciens, D. de act. empt. Et generaliter in omnibus stipulationibus faciendi aut præstandi: ex quibus multò dilucidius intelligitur, quamobrē Iustinianus istos casus certę naturę uel quantitatis appellet. Nam obligatio faciendi disiunctiua est, & alternationem in se continet: ut aut factum præstetur, aut pecunia quāti ea res est, detur. l. stipulationes

F non

O B S E R V A T I O N V M
non diuiduntur, 72. & l. si fundum, 114.
D. de uerb. oblig. l. si quis ab alio, 13. D.
de re iudic.l.ult. D. si quis in ius uoc.l.sti-
pulatus es, D. de fideiuss. Itaq; post morā
commissam obligatio faciendi in obli-
gationem pecuniæ transfunditur. arg.l.
obligationum ferè, 43. §. ult. De oblig.
& act. Quę cùm ita sint, quis non uidet,
eum casum quo promissus in diem fun-
dus non p̄statur, certæ quantitatis re-
cte appellari posse: quippe cùm certa sit
eius æstimatio, quæ in ipsius locum suc-
cedit. Quare cùm Vlpianus in d. l. 114.
de uerb. oblig. sic loquitur: Si fundū cer-
to die p̄stari stipuler, & per promisso-
rem steterit, quominus ea die p̄stetur:
consecuturum me quanti mea intersit,
moram factam non esse. Cùm, inquam,
ita loquitur Vlpianus, nemo non iudi-
cabit & hoc simplum, dummodo nullū
extrinsecus detrimentum insigne acci-
derit, facile ac certò ex fundi æstimatio-
ne statui posse: neq; eius quod interest al-
terum tantū superare debere.

Atque hæc quidem de æstimatione
eius quod communiter & certo modo
inter-

interest, satis. Quod autem ad extraordinarium attinet, distinguendum arbitrator, ut (quemadmodum superius diximus) si quidem caussa efficiens subsit, quanti quanti fuerit, in solidum præstetur. Sin uero caussa sine qua non, tum etiam distinguendum omnino putarem, utrum dolus malus, an culpa tantum interuererit. neq; enim ius æquè eum qui in culpa est, ut eum qui dolum admisit, coercendum censem. l. cum autem, §. excipitur, D. de ædil. edict. l. rescriptum, D. de his quib. ut. iud. l. ex facto ad fin. D. de uulg. & pup. Ergo si culpa tantum interuenerit, tū ad dupli quoq; rationē reuocādā æstimationē arbitror: præsertim ijs casibus, quib. culpa rei sola æstimāda nō est: q; ppe quę sola caussam dāni nō dede rit, sed cū extranea caussa siue ab actore, siue aliūde pfiscatur, cōiūgēda est. Ve luti si meū equū perire siuero, quōd uen ditum fœnum non traderes, mea etiam culpa simul cum tua coniungenda est. Item si triticum uīnum' ue uenditum nō tradideris, qua de caussa quæstus is quę ego mercator ex frumentaria uel uina-

ria negotiatione facere potuisse, impe-
ditus sit: nam & te culpæ illius poenâ a-
liquam sustinere, rectum est: neç tamen
æquè multari, ut si solam & proximam
& (ut uulgas loquitur) immediatâ caus-
sam præbuisses. Placet igitur his casibus
illam de qua diximus Iurisconsultorum
consuetudinem obseruari, ut culpa non
grauius, quam dupli quantitate plecta-
tur. At si dolus commissus probetur, ite-
rum considerandū existimo, utrum dā-
num acceptum sit, an uero lucrum impe-
ditum. quarum rerum magnam Ius cui
le differentiam statuit, uti patet ex l. ult.
§. sin uero creditores, c. de iur. delib.
Nam si dolus malus, id est, malitia con-
sultò ad inferendum alicui damnum ad-
hibita fuisse probabitur, & damnum il-
lud reuera acceptum sit, ueluti si uendi-
tor fœni data opera illud non tradide-
rit, ut equus emptoris fame periret: quo
niā Dolus malus in iure pro delicto nu-
meratur: puto uenditorem in solidū cō-
demnandum esse: non tantū propter
id quod interest, (cuius cauſam non so-
lus sustinet, ut modò dicebamus) uerū
etiam

etiam ut delictum illud atq; iniuria do-
lo malo illata plectatur. Necq; enim be-
neficia legum ad indulgendum impro-
bitati hominum instituta sunt. l.in fund.
D.de rei uind.l. auxilium. D . de minori-
bus.l.uerum hoc quoq;. D.pro socio.

Sin autem lucrum duntaxat impedi-
tum est,tum iterum cōsiderandum erit,
utrum lucrum certum & exploratū fue-
rit:ueluti cùm seruus hæres institutus in-
terfectus est:tum enim solidum quoque
præstandum arbitror.sin autem in incer-
to duntaxat rerū euentu & fortuna pos-
sum fuerit,ueluti si equos uenditos non
tradideris , quos in castra mercator du-
cere , & plurimi uendere potui , tum &
difficile profectò dictu est solidum præ-
standum esse : quoniam ne dici quidem
potest,id ademptum esse, neque tamen
non improbitas dolí mali coercēda est.
Sed quia ex facto res pendet, ea necessa-
riò prudentiæ & æquitati iudicis com-
mittenda est: ut similibus in caussis tra-
dit à Paulo in l.13. §.j. D.de ann. leg.&l.
14. D.de temp.præscript. Quod cùm ita
sit, patere cuiuis arbitrör,quanta Tribu-

nianus solertia, & subtilitate in illa sua nobili constitutione de sent. quæ pro eo quod int.usus sit. qui cùm Iurisconsultorum omnium ueterum, quotquot hāc artem per annos amplius septingentos professi erant, acumen ac prudentiam superare uoluerit, suam ipse stultitiam ac temeritatem posteris, qui lapidem ē sepulcro uenerarentur, pro Deo, prodendam putauit.

I N T E R P R E T A T I O L E G I S V N I C A E , C . D E S E N T .

quæ pro eo quod inter prof.

Caput XI.



T quoniam de eo quod Interest proximè differuimus, quod ab Imp. Iustiniano plannissimè tractatum existimatatur in l. un. c. de sent. quæ pro eo quod inter. non incommodum fore arbitror si eam legem hoc loco more institutoꝝ nostro interpretari conemur. Argumen-
tum

tum igitur hoc esto. In eo quod interest
æstimando, ex causa quidem certorum
casuum, Duplum finis est: ex incertis ca-
sibus, res arbitrio iudicis ita committit-
tur, ut id solùm damnum, de quo reuera
constiterit, compensari iubeat. Id quod
non tantum ubi de damno, sed & ubi de
lucro agitur, ualeat. Nunc legis uerba ui-
deamus. Cùm pro eo quod interest du-
bitationes antiquæ in infinitum produ-
ctæ sint: melius nobis uisum est huius-
modi prolixitatem, pro ut possibile est,
in angustum coarctare. Sācimus itaq; in
omnibus casibus qui certā habent quā-
titatem uel naturam uelut in uēditioni-
bus & locationibus, & omnibus contra
etibus hoc quod interest dupli quanti-
tatem minimè excedere. In alijs autem
casibus, qui incerti esse uidetur, iudices,
qui causas dirimendas suscipiunt per
subtilitatem requirere, ut hoc, quod re-
uera inducitur, damnum hoc reddatur,
& non ex quibusdam machinationibus
& immodicis peruersiōibus in circui-
tus inextricabiles redigatur. ne dum in
infinitum cōputatio reducitur, pro sua

impossibilitate cadat: cùm sciamus esse naturæ congruum eas tantummodo pœnas exigī, quę uel cum competenti moderamine proferuntur, uel à legibus certo fine conclusæ statuuntur. Et hoc non solum in damno, sed etiam in lucro nostra amplectitur constitutio: quia & ex eo ueteres id, quod interest, statuerunt. Et sit omnibus, secundum quod dictum est, finis antiquæ prolixitatis huius constitutionis recitatio.

Dubitaciones antique in infinitum. Enuntiatio j. Infinitæ ueterum de eo quod interest, dubitationes fuerunt. Quod nequaquam mirandū est: cùm ea tota quæstio in facto, id est, in conjecturali causarum statu, qui ad Iurisconsultos nullo modo pertinet, tota ueretur. I. quatenus, D. de reg. iur. l. ult. D. de stipulat. præt. Itaque recte Scœuola cū de incertis factis quæreretur, in l. 13. §. j. D. de ann. legat. Respōdi (inquit) nō posse absolute respōderi, cū multa oriri possint, quę p bono sint æsti māda. Ideoq; huiusmodi uarietas uiri boni arbitrio dirimēda est. Et in l. 14. D. de diuers. & tempo. De accessionibus possessio-

sessionum (inquit) nihil in perpetuum neq; generaliter definire possumus. Cōsistunt enim in sola equitate. Et Celsus l. in fundo, 38. D. de rei uind. Bonus iudex (inquit) uarijs ex personis causisq; statuet.

Melius nobis uisum est. Sequitur ij. Iustianus tractationē eius quod interest, certis finibus ac terminis circumscribere uoluit. Qua in re nobis de summa sua uel sapientia , uel stultitia existimandi copiā facit; qui quod per annos septingentos, tam multi & tam sapientes viri excogitare nō potuerunt, uel potius fieri non posse iudicarunt, id se confusus est posse nullo negotio confidere.

Et omnibus contractibus. Seq. iiij. In omnibus contractibus casus quidam sunt, qui certam naturam uel quantitatem habent, Intelligit autem casus eius quod interest. Nam et si contractus alij sint rerum certarum, alij incertarum, i.e. stipulationum, 74. D. de uerb. oblig. tamen in quibusuis cōtractibus cum id quod conuentum est, non prestatur, communiter & quadā ratione summa eius quod in-

F 5 interest

90 OBSERVATIONVM
terest æstimari potest.

Dupli quantitatem. Sequitur iij. Iustiniani lege ratio eius quod interest, in casibus certis & quotidianis duplo terminatur. Cuius rei æquitatem superius exposuimus.

Quod reuera inducitur. Sequitur v. Iustiniani lege in casibus incertis æstimatione eius quod interest ita prudentiae iudicis permittitur, ut id solum damnū de quo reuera constiterit, resarciri iubeat. Id est cui reuera caussam efficientem subesse constiterit.

Eas tantummodo poenas. Seq. vij. Naturæ congruum est, eas tantum poenas exigunt, quæ uel moderate petuntur, uel ipso iure definitæ sunt.

Sed etiam in lucro. Seq. viij. Iustiniani constitutio, non tantum ubi de danno, sed etiam ubi de lucro agitur, locum habet.

Veteres statuerunt. Seq. viij. Veteres rationem eius quod interest, non in danno tantum, sed etiam in lucro habuerūt. Cuius rei testimonia superiore capite fatis multa protulimus.

DE MORA, EIVS=

QVE PARTIBVS.

Caput XII.



ORA in lute ciuili nō tantum est tarditas, sed ea tarditas, quæ cum alterius culpa coniuncta, alteri dannosa est: & in solutionibus præstandis recipiendis ue, tanquam in subiecta materia uersatur. Itaq; non omnino inepte, meo iudicio, definiri sic poterit: Mora est culpa prætermittendi officij in soluendo, recipiendoue debito, quæ alteri dannosa est. Quanquam enim mora propriè in debitorib. dicitur, qui creditoribus expectantibus in mora sunt, nec eos absoluunt: tamen quoniam creditores quoq; qui tarditatem in oblatâ solutione recipienda interponunt, damnum debitoribus afferūt. Propterea More duo genera constituimus, unum in debito non præstando: alterum in non recipiendo, quod oblatum est: qua de causa in definitione uerbum, RECIPENDO V.E., adiecimus. Vtriusq;

Mora definitio

*Mora definiſſi
bi partit.*

usq; autem generis quadripartita dispu-
 tatio est. Nam primo loco quemadmo-
 dum mora committatur, tum quod ex
 ea damnum nascatur, deinde qua poena
 mora multetur, postremo quemadmo-
 dum purgetur, id est, quemadmodum
 poena ei imposita euitetur, differen-
 dum est. Ac mora quidem non præstan-
di debiti, sic à nobis describetur: culpa
debitoris prætermittentis soluere, quod
 soluere & debuit & potuit: cum aliquo
 creditoris incōmodo cōiūcta. Quatuor
 namq; illius partes obseruādæ sunt: De
 bitio, facultas soluendi, Prætermissio so-
 lutionis, & damnum ex ea profectum.
 Quæ nisi omnia simul concurrant, mo-
 ra commissa non dicitur. De singulis igi-
 tur ordine uideamus. Ac primus quidē
 locus triplex est. Primum enim à culpa
 moræ remouetur is, qui omnino non de-
 bet: tum is qui debet quidem, uerūm nō
 eo loco uel tempore, quo postulatur: po-
 stremo is qui se nō debere, iusta de cau-
 sa existimauit: neq; enim is tantūm qui
 omnino non debuit, moræ expers est:
 uerum etiam is qui debuit quidem, sed
 non

Subdistinc.
 Proposit. penit.
 caput quadript.

Mone no pstan.
 di debiti defini.

Eius 4 partes

5 Debito
 triply

non illo, quo appellatur loco. I. **mora.** 32
D. de usuris. I. si fideicommissum, 50. D.
de iudic. I. cùm res, 47. D. de legat. pri-
mo. Item si quis kalendis Maïjs dari spo-
ponderat, Aprili mense à creditore ap-
pelletur: quia reuera nondum debebat,
etiam si res interierit, quæ si data fuis-
set, seruari potuisset, tamen in mora fuis-
se non dicetur. I. cùm filius fa. 49. §.
ult. D. de uerb. oblig. Atque hoc nimi-
rum illud est, quod scribit Scæuola in. I.
si pupillus, 127. D. de uerb. oblig. & in. I.
nulla. 89. D. de regul. iur. nullam intelli-
gi moram ibi fieri, ubi nulla petitio est:
id est, ubi petendi ius non fuit: siue quia
nulla est actio, siue quia exceptione re-
pellit potest. qua de caussa Paulus in. I. le-
cta, 40. D. si cert. petat, scribit, in mora
non esse eum à quo pecunia propter ex-
ceptionem peti non potest. Deinceps
uideamus de eo, qui cùm deberet, ta-
men uel nullam iustum caussam habuit
intelligendi cur deberet: uel iustum cauf-
sam habuit ignorandi se debere: de quo
scribit Paulus in I. quod te, s. D. si cert.
pet. ueluti, cùm hæres soluere quod de-
fun-

functus debuit, cunctatus est. l.3. D . de usur. quoniam qui in rem alterius succedit, iustum ignorantiae caussam habet: ut ait Vlpianus in l. qui in alterius, 42. D . de reg. iur. Eoque illa per uulgata pertinent, eum qui sine dolo malo ad iudicium prouocat, moram facere non uideri. l. qui sine , 63. de reg. iur. item, eum qui iudicium accipere paratus est, moram non facere, si iuste ad iudicium prouocauit. l. si quis, 24. l. paratum, 47. D . de usur . neque nobis aduersatur quod scribit Vlpianus in l. nemo, 82. §. ult. D . de uerb. oblig. moram fecisse uideri eū, qui litigare maluit, quam restituere . Aliud est enim malle litigare, quam solvere: ueluti cum quis frustrandi ac tergiuersandi caussa appellationem interposuit, de quo in l. tutore, 41. D . de usur . Aliud malle soluere, quam litigare: de quo istis in locis agitur: ubi de eo disputatur, qui se debere ignorans iudicio experiri mauult, quam temere rem suam cuius petenti concedere . Atque haec quidem de debitioне, quam primam morae partem fecimus, explicata sint, proximum

Soluendi facultas

ximum est, ut de soluendi facultate pauca dicamus: de qua Pomponius in l. 3. §. 3. D. de act. empt. sic loquitur: Mora autem, inquit, uidetur esse, si nulla difficultas uenditorem impedit, quominus traderet. Hic autem, locus etiam dupliciter tractatur: nam primùm de eo disseritur, qui nulla sua culpa soluere non potest: tum de eo cuius culpa factum est, quo minus posset. Ergo si quis repentina aliqua legatione impeditus, uel in vinculis hostium ue potestate positus, soluere non potuit: moram facere non uidetur. l. sed et si, 23. D. de usur. uel si promissus seruus sine debitoris culpa interierit, manumissus ue sit, in hostium ue potestate esse coepit: aut fundus religiosus factus sit. l. si seruum, 91. D. de uerb. oblig. At si per eum factum est, quo minus posset, ueluti cum debitum hominem occidit, aut manumisit, Regula iuris eum qui fecit quo minus posset, æquè ac si posset, teneri. l. si ex legati, 23. l. si seruum, 91. D de uerb. oblig. l. quid ergo, §. si heres, delegat. primo. quod usque eo uerum est, ut etiam si a-

lius

lius in debitoris odium, seruum interficerit , si quidem debitoris aliqua culpa subsit, æquè teneatur: l. si merces . §. culpæ, D. locat. l. penult. D. solut. mat. Apparet igitur, siue quis soluere potuerit, siue per eum steterit quominus soluere posset, moram committi. l. quod te , §. D. si cert. petat. Quod igitur ad duas istius moræ partes attinet, satis dictum sit. Deinceps de tertia uideamus: quam diximus esse prætermissionem officij in soluendo. Huius autem duæ sunt species: quarum altera ex persona estimari dicitur, altera ex re, siue in rem. Ex persona mora æstimatur, cum debitor opportuno loco ac tempore à creditore appellatus, soluere tamē præmisit. l. mora, 32. D. de usur. ubi Marciannus ait, difficilem huius rei definitiōnem ac præceptionem esse: id est, difficulter certam aliquam ea de re præceptionem ac regulam tradi posse: quippe quæ magis sit facti, quam iuris.

Ex ro.

Ex re uero fieri mora dicitur, cum ipso iure ac solo temporis decursu sine ultra creditoris appellatione præmissio illius

*III
Prætermissio officij
in soluendo.*

Ex persona

illius officij reprehenditur. uelut in l. sed eisī, 23. D. de usur. ubi Vlpianus ait, aliquando etiam in re moram committi, ueluti si non extet qui conueniatur. Itaque Impp. l. 3. c. in quibus cauſſ. rest. In minorū, inquiunt, persona re ipsa, & ex solo tempore tardæ pretij solutionis recepto iure morā fieri creditū est. Quibus aut̄ casib. ipso iure mora cōmittat, quib. itē interpellatio necessaria sit, magna questionis res est. Itaq̄ distinctione utendū est obligationū, nā cūm aliae ex cōtractu sint, aliae uero ex delicto, si qui dē ex delicto res debeat, semper ipso iure mora cōmittitur. quoniā (ut scribitur in l. ult. & l. 8. §. j. D. de cond. furt.) qui se mel inuito domino rē contreftauit, uidetur in ea restituenda, quam nec auferre debuit, morā facere. Quod etiā cōfirmatūr, l. j. §. deniq̄, 22. & l. pen. D. unde ui. ubi idem Tryphonimus scribit, ex ipso tēpore delicti plusquā fruſtrator debitor cōſtitutus est. Qua de cauſa idem etiam dicendū eſſe intelligit de omnibus malae fidei possessorib. quippe cū etiam

G sine

*Distinctio qnib.
casib. mora
ipso iure cōmitat*

sine ulla interpellatiōe frustratores sint. Idq̄ etiā animaduerti potest ex l. sed & si lege, quod ait, D. de petit. hæred. & l. si aut, §. si homo, D. de rei uindicat. Sin uero ex cōtractu res debeat, tum rursus distinguendū & considerandū est, utrūne datio in obligatiōe sit, an factū: & rur sus si datio in obligatiōe est, utrūne purē, an in diem, an sub conditione conce
pta obligatio sit. nam si quidē purē pro
mīssum est dari, quamuis confessim obli
gatio nata sit, l. eū qui, 41. §. j. D. de uerb.
oblig. tamen ex æquo & bono, non antē
mora cōmitti dicit, q̄ creditor petier
it: neque adeò delicatum creditorē esse
oportet (ut qdā loco Vlpianus loquit)
quī illud Alfī meminerit, Bona nomi
na nō appellādo fieri nonnūquā mala.

Sinautem in diem contracta obligatiō est, quoniā diei adiectio in gratiam rei facta dicit. l. stipulatio, 38. §. inter, D. eod. ac propterea spatiū illud datū promissoris uidet, ut interea solutionē parer: iure ciuili receptum est, ut præteritio diei uim interpellationis habeat: & (ut uulgo

Uulgo dicit) dies pro homine interpellat. l. promissor. 21. D. de pecun. constit. l. pecuniæ, 9. §. j. & l. euictis, 18. D. de usur. l. 2. C. de iure emphyt. quod eodē modo de obligationib. quæ sub cōditione cōceptæ sunt, dicendū arbitror; ut siue pecunia, siue corpus promissum sit, evenitus cōditionis pro interpellatione ualeat: quippe qui officij sui debitorē admōnere uideat. Deinceps de factorū obligationib. uideamus, quorū duo sunt genera: nā alia repentina sunt, ut seruū manumitti, fundū præstari: alia tractū tēporis habere dicunt: ut insulā fieri, uel fulciri: fossam fodiri, tabulā pingi. l. quoties. D. de operis lib. Ergo si factum est eiusmodi, ut statim absolui possit, idē prorsus quod de Dandi obligationib. statuē dum putarem: ex l. si fundū, 114. de uerb. oblig. si autē factū est, quod tractū temporis habeat, tum distinguendū putarē, utrūne dies operi præstituta sit, an non sit. nam si dies præstituta est, præteritionem diei pro interpellatione ualere. Si uero dies præstituta non est, tum præte-

*Factus obligatus
duo genera*

ditionem huius tēporis quo cōmode o-
pus perfici potuit, pro interpellatiōe ha-
bendā esse: & illo tēpore decursō morā
cōmitti: primū quia dies tacita non mi-
nus quam expressa interpellare dicit: in
l.z. c.de.iur.emphyt.deinde quia post il-
lud tēpus stipulatoris interest, aut certe
interesse iudicatur. mora aut ex damno
uel uero uel præsumpto aestimatur. Itaq;
Paulus in.l.s̄ insulā, 8 4. & in.l. cōtinuus,
137. §. qui insulam, D.de uerb. oblig. non
obscure significat, transacto tēpore pur-
gari moram posse: cùm ita scribit: Trās-
acto tēpore posse te facientem liberari
placet. Ex quo intelligit, si mora purga-
tur, eam commissam fuisse. Hæc cùm ita
sint, illud tamen intelligi oportet, siue
ex persona, siue ex re mora estimeſt, eā ta-
men prætermissionē soluēdi, quæ hone-
sta aliqua & probabili de cauſa facta est,
culpæ nō imputari, uelutī cùm modicū
aliquid spatiū ad soluendū à debitore
sumptū est. neq; em̄ sinō eodē temporis
puncto ac momēto quo appellatus est,
persoluit, cōtinuò prætermisſe officiū,

&

& morā cōmisissē dicēdus est. nō em cū
sacco(ut ait Iurisconsultus) creditor adi-
re debet. l. qd dīcīmus, 105. D. de solut.
tēperamentū aut̄ non minus decē dierū
accipitur: argumēto. l. promissor, 21. D.
de const. pecun. Probabilis etiā & hone-
sta cūctatio est, de qua scribit Vlpianus
in l. sciendū, 21. D. de usur. sciendū est, (in
quit) nō omne quod differēdi caussa o-
ptima ratione fiat, more adnumerandū.
quid em si amicos adhibēdos debitor re-
quirat, uel expediēdi debiti, uel fideius-
forib. rogādis. Eodē etiā pertinet illa di-
latio de qua scribit Paulus in l. cū quidā,
17. §. si pupillo, D. eod. ut si heres à quo si
deicōmissum pupillo relictū est, ideo ei
nō soluat, quia tutorē nō habeat, nō pro-
pterea in mora esse uideaſ: quippe cūm
pupillo nō rectē sine tutore auctore sol-
uatur. §. ult. quib. alien. nō licet. In eodē
præterea genere est quod Papinianus
tradit in l. pecuniæ, 9. D. de usur. si post
mortē creditoris nemo fuit, cui pecunia
solueret, eius tēporis inculpatā esse mo-
ram. quid em(ut alibi Paulus in eandem

sententiā scribit) potest imputari ei, qui
 soluere, etiā si uellet, nō potuit: Hacte-
 nus de trib. more partib. dictum est. reli-
 quū est, ut de quarta uideamus: hoc est,
 de dispendio quod ex ea nascit̄. nā eius
 moræ ex qua damnū nullū nascit̄, ratio
 habet nulla. l. si post tres, 8. D. si q̄s caut.
 Atque hīc scilicet tertius est nostræ hu-
 iusce disputationis locus: in quo de dā-
 no quod ex mora proficiscitur, nos di-
 curos esse pollicebamur. Damnū autē
 duplex est. Nā aliud in re ipsa uersatur,
 aliud in eius accessiōe. in re, cū post mo-
 ram res perijt, dēterior' ue facta est. qua
 in re accessionis Quāti plurimi ratio ha-
 betur: quippe quæ rei pars esse iudica-
 tur. Itaq; Pomponius in l. 3. §. 3. D. de act.
 empt. Si per uendorē uini mora fuerit,
 (inquit) quominus traderet, cōdemnari
 eū oportet, utro tēpore pluris uinū fuit:
 uel quo uenit, uel quo lis in condēnatio-
 nem deducitur. itē quo loco pluris fuit:
 uel quo uenit, uel ubi agit̄. Accessio ue-
 rō triplex est: Eius quod interest, deinde
 usuratiū, postremo fructuū, in qb. partus

1111
 De dispendio ex
 mora pronm:
 entz

Damnū duplex
 ture.

In accessione

Accessio
 triplex

& foetus cōtinētur. Itaq; siq;dē pecunia numerata in obligatione fuerit, de usuris agitur. l. ult. D. de peric. & concil. rei uend. & l. 3. & pass. D. de usur. sin corpus dandū, opusūe faciendū fuit, eius quod interest ratio ducit. l. j. D. de act. empt. l. stipulatiōes nō diuidunt, 72. D. de uerb. oblig. sin aut̄ prædia aut animalia, aut etiam quæuis alię res quæ locari possunt, tum ex fructib. partub. fœtub. ac mercede æstimari lis solet. l. respōdit, 14. D. de usur. cū alijs innumeris. Quæ quidē à nobis iccirco strīctim ac breuiter decursa sunt, quoniā ex eo loco qui pximē nobis explicādus est, quemq; tertīū in partitione fecimus, planius intelligent. nā proximū est, ut quēadmodū mora multetur, & quæ pœna ei iure ciuili cōstituta sit, uideamus. Pœna autē duplex est: quarū prior est hæc, ut damnū omne qđ ex ea natū est, ad moratoreū solū pertineat: altera ut amissam utilitatem restituat. Atq; hoc nimirū illud est, qđ uulgo à Iurisconsultis tradit, & iam ferè in prouerbio est: Obligationē post morā cōmis-

comado

Mora pœna
duplex.

sam perpetuari. l. si ex legati, 23. l. si seruū,
91. §. sequit, & l. nemo, 82. D. de uerb. obl.
ubi Vlpianus ait, Si post morā pmissio
ris homo dececerit, teneſ nihilominus
æquē ac si homo uiueret. itē l. si ususfr. 6.
D. de ususfr. legat. l. cùm seruus, 39. §. j. D.
de legat. primo itē l. quod te, 5. D. si cert.
petat. ubi Vlpianus ait, quod te mihi da
re oporteat, si id postea perierit, q̄ per te
factū erit, quominus id mihi dares, tuū
fore id detrimentū constat. Quod eodē
modo intelligendū est, si res deterior fa
cta sit. l. si filio, 25. §. 2. D. solut. mat. Id au
tē usq̄ adeò uerū est, ut etiam si res apud
creditorē peritura fuisset, nihilominus
eius æstimatio præstet. l. cùm res, 47. §.
ult. D. de legat. primo : ubi Vlpianus &
Labeo scribūt, Si fūdus chasmate perie
rit, estimationē eius deberi: si quidē post
morā factā id euenerit, quippe cū potue
rit legatarius eū acceptū uendere. In quā
sententiam illud est Vlpiani, in l. item si,
15. D. de rei uendic. Si seruus petitus uel
aliud animal demortuū sit sine dolo ma
lo & culpa possessoris, si forte distractu
rus

rus erat petitor si accepisset, morā passo
pretiū præstari debet. nam si ei restituis-
set, distraxisset, & pretiū esset lucratus.
Quib. ex locis intelligitur, æquitatē e-
ius legis ex hac æquitate pendere, quia
creditor rem traditā uendere potuit. Pla-
cet igitur, ut cessatio plectatur, quia dā-
nosa fuit. ob eamq; cauſam ex cōtrario
si damnoſa non fuit, id eſt, si uendi res à
creditore non potuifſet, magis placereſet
ut benignitate & humanitate uteremur.
in eamq; ſententiā opinor à Sabino &
Cassio traditū fuifle, in l. ſi plures, 14. §. i.
D. depos. ſi homo ſine debitoris culpa
mortuus fuerit, abſoluendū eſſe debito-
rē, quia æquū eſſet, naturalem interitum
ad actorē pertinere. utiq; cūm interitura
eſſet res, et ſi reſtituta eſſet actori, cui cō-
uenit quod ſcribit Vlpianus in l. item ſi,
14. §. pro eo, D. quod met. cauſ. Porro au-
tem quod dicimus obligationē perpe-
tuari, id nō tantū aduersus reū principa-
lem ualeat, uerum etiā & ad heredē, & ad
fideiuſſores. l. cūm patrifā. 27. l. ſi q̄s, 24.
D. de uſur. l. cū filius fa. 49. l. mora, 88. l. ſi

seruū, 91. §. nunc uideamus, D. de uerb. oblig. ex quib. intelligitur & heredes & fideiussores re post principalis debitoris moram perempta ad estimationē teneri. cùm cōtrā fideiussoris mora reo nō noceat. l. mora, 32. in fī. D. de usur. l. cùm filius fa. 49. D. de uerb. oblig. Atque hæc quidē de damno accepto dicta sint. deinceps de amissa rei utilitate uideamus. quam dicebamus esse quadruplicem. nā

*Amissa rei Vt
litas quadruplē
plex.*

3 si species siue fruges debebantur, ueluti uinū, triticū, oleū, æstimatio quāti plurimi fieri solet. uti superius dicebamus ex l. si sterilis, 21. §. 3. D. de act. empt. altera utilitas in pecunia uersatur: propter quā amissam usuræ deberi dicūtur: in l. ult. D. de peric. & comm. rei uend. idq; generaliter in omnib. bonæ fidei iudicij, l. mora, 32. §. j. & l. cùm quidā, 17. §. ex locato, D. de usur. itemq; in legatis & fideicommissis. d. l. 2. c. de usur. & fruct. l. Titia, 87. §. j. D. de legat. secūdo. Iam uerò siue dādi corporis obligatio fuit, post morā id qd interest præstatur: l. j. D. de act. empt. siue faciendi operis; nota est regula, obli-

Reg. gationē faciēdi operis, post morā in pecunia, id est, eius quod interest obligatiōnē cōmutari. l. stipulationes, 72. D. de uerb. oblig. l. obligationū, 43. §. ult. D. de oblig. & act. l. si quis ab alio, 13. D. de re iudic. Porro autē si prædia debebantur, Paulus lib. Sent. iij. in fine, scribit ex mora præstandorū fideicōmissorū uel legatorū fructus deberi, quod idem traditur in l. 2. & ult. c. de usur. & fruct. legat. & alter casus p̄fertur à Paulo in l. uideamus, 38. D. de usur. Simillimaq; partuū & fœtuum ratio est. nā, ut ait Paulus in l. respōdit, 14. D. de usur. mora in soluendo fidei cōmiso facta, partus quoq; ancillarū restituendos. Itē equis per fideicōmissum legatis, post morā heredis fœtus quoq; deberi tradīt in l. equis, 8. & l. 39. D. eod. Nunc cōsequens esset ut quartum partitionis nostræ locū, qui est de purganda mora explicaremus, sed primus de secūdo moræ genere, hoc est de mora creditorū, & cessatione recipiēdi quod oblatū est, breuiter differendū uideſ. A definitione autē incipiendū est, Ergo mora non

*Demare fer:
ganda*

nō recipiendi debiti est culpa creditoris
nō recipientis solutionē quæ à debitore
idonee oblata est, unde aliquid in eo mo-
di ad debitorē peruenit. Huius enim item
ut superioris quatuor sunt partes, obla-
tio idonea, facultas recipiendi, cessatione,
& dānum ex ea profectū. Idonea autē obla-
tio est, quæ idoneo & loco & tempore fa-
cta est. I. sed & si alia, 17. D. de constit. pe-
cun. I. si solutus, 39. D. de solut. I. qui Ro-
mæ, 122. D. de uerb. oblig. I. ob signatio-
ne, 9. C. de solut. Quibus in locis tradi-
tur periculū oblatæ solutionis quæ mo-
do, loco, & tempore facta sit, ad credito-
rē pertinere. Itaque Marcellus in I. qui de-
cē, 72. D. de solut. Qui decē debet, inquit,
si ea obtulerit creditori, & ille sine iusta
caussa ea accipere recusarit, deinde debi-
tor ea sine sua culpa perdiderit, non est
æquū eū teneri, quia nō teneretur, si cre-
ditor accipere uoluisset. quare pro solu-
to, id in quo creditor accipiendo morā
fecit, oportet esse. Ac de facultate quidē
& cessatione recipiendi, eadē ferē quæ
superius dicta sunt, ad hunc quoque locū
per-

pertinent. Quod autē ad damnum attinet, eodē quoq; modo mora in credito-re multatur: ut rei interitus ad creditorē spectet, d.l. si soluturus, & l. qui decē, D. de solut. Præterea debitor de perceptis tantū fructibus tenetur, non etiam de percipiendis: itemq; de dolo duntaxat. I. si mora, 9. D. solut. mat. Vbi Pomponius ait, Si mora per mulierem fuit, quomodo nus dotem reciperet, dolū malū duntaxat in ea re, nō etiā culpā maritum præstare: quod etiam cōfirmatur à Pōponio in l. illud, 17. D. de peric. & commod. Eo accedit quod creditor actione sua multatur, uti traditur in l. si debitor, 30. D. de solut. ubi Vlpianus ait, Si debitor offerret pecuniā, quæ peteretur, & creditor nolle accipere, Prætorem ei denegatum actionem: nisi forte uerior sit Pauli sententia qui in l. interdum, 73. §.j. D. de uerb. obligat. scribit, debitori qui post moram obtulerit, si creditor iterū agat, dolī exceptionem concedendam esse, locum enim illum de debitore moroso intelligendum arbitror.

Su-

Superest ut ad quartum & postremū disputationis nostræ locum accedamus & uideamus, quemadmodum & quibus casib[us] mora purgetur. Initiū autē mo-
renostro à definitione faciemus. Ergo purgare moram est re integra cōtractā ex mora culpam sic eluere, ut eīus om-
nis pœna uitetur. Eius ēī tres sunt par-
tes. Integritas rei, idonea oblatio soluti-
onis, & periculi translatio: quōd nīsi ut-
trunc[us] superius adlīt, locus purgādē mo-
re nullus est. Res autē integra dicitur, cū
īus creditoris nondum propter moram
deterius factum est. Itac[us] siue parata ti-
gna tempore corrūpi cōperint, siue ali-
quot operarum mercedes perierint: siue
cum iudicio sisti promissum est, actio tē-
pore perierit. I. et si post tres, 8. D. si quis
caut. siue seruus promissus manumissus
sit. I. mancipiorum, 6. D. de opt. leg. tum
neq[ue] res integra esse dicitur, neq[ue] moræ
purgādæ locus ullus est. Deniq[ue] quoties
creditoris interesse cōperit, res nō am-
plius in integro esse iudicatur. I. utiq[ue], 22.
D. de arbit. Et I. si ita quis, 35. §. j. D. de
uerb.

uerb. obligationib. illis uerbis, Nec mulieris quicquam propter eam moram interesseret. Quod cum ita sit, haud scio an non multo probabilius sit, repudiata cōmuni & recepta opinione statuere, quoties aut diēs sola, aut dies simul cum pœna obligationi faciendæ adiecta est, die præterita moræ purgandæ locum non esse. Cuius nostræ sententiaæ hæc non est: quoniam dies data opera adiūci uidetur in stipulationibus, primum ut lapsus temporis & propinquitas præstitutæ diei debitorem officij sui assidue admoneant sic, ut officium negligere prepomedum sine lata culpa non possit, I. magnam. C. de cont. stipul. Deinde ut creditores debtoribus quodammodo denuntient fore, ut post eam diem sua intersit, qua de caussa uulgo traditur obligationi faciendi, ut superius docuimus pecuniæ obligationem, id est, eius qd interest, mora cōmissa succedere, &c.

Itaq; Vlpianus in I. si fundum, 114. D. eod. Si fundum, inquit, certa die dari stipuler, & per promissorem steterit, quo mi-

minus ea die præstetur, cōsecuturum nē
quantī mea interfuerit moram factam
non esse. Quibus ex uerbis intelligi po-
test, cūm die præterita int̄ersit, ubi au-
tem creditoris interfuit, moræ purgan-
dæ locum non esse: nequaquam mi-
rum esse si in isto obligationum genere
hoc statuamus. Sed nihil æquè nostram
sententia confirmat, ut id quod Scæuola
scribit in l. 41. §. intra certa, ij. D. de fi-
deicomm. lib. Qui iussi erant esse liberi
si intra certa tempora rationes redde-
rent, conditioni non paruerunt. Postea,
inquit, parati erant. quæsitiū est, an per
ueniant ad libertatem si per ipsos stetis-
set, quominus intra tempora præscri-
pta conditioni parerent, non iccirco li-
beros fore, quod postea rationes ue-
lint reddere. Quod propterea institu-
tum arbitror, quoniam, ut supérius di-
cebamus, lapsus temporis assidue debi-
torem interpellans, & (ut ueteres in hoc
negotio loquebantur) flagitans, eum
in lata culpa quodammodo constituit.
Quod etiam apertissimè confirmatur
in l.

in l. Celsus, 23. D. de arbit. Vbi Vlpianus & Celsus aiunt, Si arbiter intra kalendas dari iusserit, nec datum erit, licet postea offeratur: attamen semel commissam peñam compromissi non euaneſcere, quoniam ſemper uerum eſt intra kalendas datum non eſſe. Atque hæc quidem de rei integrity dicta ſint, ſi modò illud addiderimus, ad hunc quoque locum pertinere illam regulam qua tradi- tur, ſi conuenit inter contrahentes, ut moræ purgandæ locus non ſit, feruan- dam eſſe conuentionem, l. fancimus, §. ſui autem & de fideiuſſ. quoniam bene- ficio legis per pactum renuntiari po- test. l. pacta quæ contra, c. de pact. l. ſi quis in conscribendo, & l. ult. c. eodem. Ad hunc autem locum iecirco illud per- tinet, quoniam actio creditoris quæſita eſt, quam nulla ratio eſt ei auferri. l. penult. D. de pact. l. habere, D. de euict. Hoc autem ubi poena unà cum die ad- iecta eſt, multò probabilius recipitur. quippe cùm poena eius quod interest complectendi, & definendi cauſa, sub-

H ijcia-

ijciatur. l. ult. D. de stipul. prætor. quare cum poena commissa interesse statuat, & superius dictum sit, ubi actoris interest, rem integrum non esse, non mirum est, si Africanus in l. traiectitiæ, 23. D. de oblig. & actionibus scribat, eum qui traiectitiam pecuniam ad diem non soluit, quamvis pecuniam postea offerat, nihilominus poenam committi. Idonea autem solutionis oblatio uariè prouarijs obligationum generibus æstimatur. nam in plerisq; obligationibus dandi ea idonea dicitur, quam Iudex satis temporis factam arbitratus est: quippe cum ea res ex bono & æquo tota pendeat, uti scribit Celsus adolescens in l. si seruum, 91. §. sequitur. D. de uerb. oblig. ait enim eum qui moram fecit in soluendo Sticho quem promiserat, posse emendare eam moram postea offerendo. Esse enim hanc quæstionem de bono & æquo, in quo genere plerunque sub auctoritate Iuris Scientiæ perniciose erratur. Itaque Scæuola in d. l. si ita quis, §. j. totum hoc arbitrio prudentiæ que

quē Iudicis committēdum putat. Quod omne, inquit, ad Iudicis cognitionem remittendum est. Eiusque rei summa est æquitas: quoniam (ut Imp. scribit in §. ult. de perpet. & temp. act.) olim omnia iudicia erant absolutoria. At in obligationibus operis faciendi litis contestatae tempus præscriptum est, uti constat ex l. si insulam, 84. D. de uerb. oblig. ubi Paulus sic scribit, Si insulam fieri stipulatus sum, & transierit tempus quo potuerit facere, quandiu litem contestatus non sim, posse te facientem liberari placet. quod si litem eam contestatus sim, nihil prodeesse tibi si ædifices. Itaque intelligenda est l. continuus, 137. §. 3. D. eod. ubi Venuleius ait, Transacto tempore quo insulam consummari oportuerit, si postea ædificetur, liberari reum. Quod eodem modo iudicandum est de ijs obligat. dandi, in quibus aliud in petitione, aliud in præstatione est. ueluti cum penus legata est, & pecunia petitur. l. j. D. de penu legata. l. cum sine, 19. & l. si penum, 24. D. quando dies legat. aut cū


His ita constitutis tertia pars sequitur,
ut oblatione solutionis mora purgetur,
& omne periculum futurorum casuum
à debitore abeat, atque in creditorem
transferatur. Itaque Paulus in I. inter-
dum 73. §. i. D. de uerborum obligatio-
nibus. Stichi promissor, inquit, post mo-
ram offerendo purgat moram. Et Cels-
sus in I. cùm decem, 72. §. j. D. de solut.
Verum est, inquit, eum qui interpellat-
tus dare noluít, offerentem postea peri-
culo liberari. pro soluto enim id esse o-
portet, in quo creditor accipiendo mo-
ram fecit. Item Paulus in I. semel mora,
26. D. solut. mat. Semel mora facta, in-
quit, si seruum dotalem postea offeren-
te marito mulier accipere noluerit, &
ita is decesserit, non debebit pretium e-
ius, maritus uel heres eius, ne ob id dam-
num sentiat, quod postea offerente eo
mulier accipere noluit. Eoque illud
uulgatum pertinet ex dicta I. illud, de
peric. & comm. moram posteriorem
noce-

LIBER II.

nocere. I. si per emptorem, D. de actionibus empt.

Atque hæc quidem de purgatione moræ, quæ à debitore facta est, dicta uidetur satis: nunc quod ad creditorem attinet, intelligendum est idem ei quoque concessum esse, quemadmodum intelligitur ex I. si ita quis, 135. §. j. D. de uerb. oblig. ubi I. Titio creditoris qui moram fecerat, moræ purgandæ facultas permittitur, ut agere possit.

F I N I S.



Ob. 6. II. 3325/2

*BASILEÆ ANNÓ
Domini, M. D. LXI. Mensē
Septembri.*



